



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt X. Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

catum priuatur gratia, si non est libera mens ad vitandum alia peccata, necessario absolendus est homo. Nam vt peccet, in se libera, debet esse actio. Peccata autem obduratorum sunt non in sola causa, sed ex libertate propriae malitiae peccata sunt.

§. 2. Pareus l. 2. de gratia & libero arbitrio, c. 7. Regulam illam Theologicam: Nemo peccat in eo, quod vitare non potest. Probat ex Aristotele. l. 3. Eth. c. 5. [Gulosus homo ingurgitationem vitare non potest; Num ideo crapulando non peccat. Legat Aristotelem in Ethicis hoc redarguēt. l. 3. c. 5. Diabolus mendax & homicida ab initio, peccata vitare non potest; An ideo non vere peccator? Iudei excæcati non poterant credere, incredulitatem vitare: an ideo non vere peccabant? Quare tum demum verum est, quod dicit, quando quis quod vitare non potest, vellet vitare, nec impotentiae vitandi ipse sibi causa existit: Vel cum quis munitus, & coactus, nulla sua voluntate legem Dei transgreditur.] Hinc concludit, Excæcatis deesse auxilium sufficiens, & eos non posse vitare peccata. Nam occulto Dei iudicio, sed iusto voluntarie cæcos esse.

Qua ex rationatione consequitur, eos non posse vitare, quin velint, quod malum est, & voluntarie cæcos esse, nullo modo posse velle videre, ideo cogi vt voluntarie cæci sint.

Aliud deinde exemplum adducit p. 276. [Hæc nostra est, & vera responsio; Quod diabolus, & excæcatus homines, non excuset impotentia vitandi peccata: Quia est impotentia *Diabolus*, voluntarie attracta, per peccata actualia, & originalia. Exempli gratia, debitor decoxit centum talenta, nec potest creditori reddere. An vacat culpa, & creditori non tenetur propter impotentiam. Imo maxime: Impotentia enim est *Diabolus*.]

Respondeo. Veram ac solidam esse doctrinam Catholicam; nempe opus esse libertate quæ libera sit, & a coactione, & necessitate. Si enim non potest non velle, non vult liberissima voluntate, non enim omittit potest, quod vult. Nec refert si volens lubens agat, nam & bestia toto ardoris impetu feruntur in ea quæ appetunt, & contra ea, quæ oderunt, nec tamen, ideo libere agunt. Quod ad gulosum pertinet, potest ille vitare ingurgitationem, sed non sine magna pugna. Potest Medea patrem præferre hospiti, possunt alij sceleratissimi peccata vitare: at nolunt, ideo que peccant, quia nolunt, cum possint. Nam vt de gulo loquar, certe potest ille ingurgitationem euitare, instrumenta ebrietatis abicere. Si enim Scæuola vrere manu potuit, si Indus rögum ascendere, cur non sitim ferre, aut bibendi voluptatem spernere Antonius? aut cum se manu sua conuulneret, non poterat cæde sua abstinere? Necessitate Cleopatra aspidem admouit? Quis Catonem & facere vulnus, & factum rumpere coegit? aut quæ necessitas fuit, id agendi quod tanti doloris e-

rat, & non sine dedecore perficiebatur? Cur cum familiares hortabantur, vt vinere vellet, si necessario mortem sibi consciiuit? Vnde vero illa necessitas, non ab imperio Dei, non a violentia diuinitus impellente, non ab ipsa voluntate, quæ se non cogit velle, quod vult.

§. 3. Quod Pareus fingit, ideo impotentiam vitandi peccati non excusare, quod fit peccato contracta, *Diabolus*, idque exemplo debitoris exponit. Id totum vanum est, & horridum. Nam debitoris culpa præteritum peccatum est, decoxit enim centum talenta. Primum hoc peccatum fuit, at cum non soluit, quod non potest; non facit nouum peccatum, quia non potest, quod si carcere constringitur, aut venundatur ideo fit, quia peccauit, non quia peccare pergit. Quod si vel hæreditate, vel dono noua centum talenta acciperet, nec creditori tamen solueret, nouo se scelere obstringeret, non aliam ob causam; quam quod impotentia soluendi sublata fuerit. Quod si non excusat impotentia vlla, hominum est conditio miserima.

Aristoteles quidem eos merito reprehendi existimat, qui vitiosos habitus, aut morbos peccando contraxerunt. Verba Aristotelis sunt. At vero ex eorum, opinione qui dicunt bonum quod videtur, illud esse quod sub voluntatem cadit, nihil sub voluntatem cadere per se, sed quod in singulis videtur tale: quoniam aliquid bonum videtur, idem que sepe numero huic bonum illi malum. Ac frequenter idem homines contrarias bonum esse existimat, atque ita nihil sub voluntatem natura sua, cadet & per se.

Quod si hac non videntur verisimilia, illud dicemus: bonum nempe quod natura sua reuera & per se bonum est sub voluntatem cadere: illud vero quod videtur tantum, aliquatenus & respectu singulorum hominum voluntati subiacere. Nam licet re vera bonum non sit, respectu alicuius certe circumstantia est bonum. Sic premiari natura sua est malum premiatori vero & pro tempore aliquo bonum. Quare simpliciter bonum videtur: Quatenus vero bonum est, etiam sub voluntatem cadit. Vnde fit interdum; vt quod videtur bonum, aliquatenus etiam sub voluntatem cadat. Viro igitur bono, id quod reuera bonum est, sub voluntatem cadit: improbo vero, quod fors obtulerit.

Sed reprehenduntur ob præterita peccata illi, non ob infirmitatem, qua iam miserabiles sunt; Causa mali culpatur, non pœna.

In nostra igitur potestate ista sunt, aut si non sunt, iam non peccamus agendo, quo necessitas trahit. Turpe est morbum intemperantia contraxisse, quique hoc fecerunt merito reprehenduntur, non tamen ægrotare peccatum est, quia iam liberum esse desijt. Verum ea de re toto fere lib. 2. de amissione gratiæ, egi & statu peccati contra Pareum disputans.

Ostendique illas blasphemias etiam à Calvinistis Belgis abunde refutatas.

CAPUT X.



AMEN, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est, & latro. 2. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. 3. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. 4. Et cum proprias oues emisserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. 5. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. 6. Hoc prouerbium dixit eis.

Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. 7. Dixit ergo eis iterum Iesus. Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium. 8. Omnes quot quot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oues. 9. Ego sum ostium. Per me si quis intraverit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

10. Fur non venit nisi ut furetur, & maclet, & perdat. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. 11. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, vidit lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues: 12. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus: 13. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me mea. 14. Sicut me nouit Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. 15. Et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ouile, & unus pastor. 16. Propterea me diligit Pater: quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. 17. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipso, & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: Hoc mandatum accepi a Patre meo. 18. Dissensio iterum facta est inter Iudaeos propter sermones hos. 19. Dicebant autem multi ex ipsis: Demonium habet, & insanit: quid eum auditis? 20. Alij dicebant: Haec uerba non sunt demonium habentis: nunquid demonium potest caecorum oculos aperire? 21. Facta sunt autem Encenia in Iero solymis: & huius erat. 22. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. 23. Circumdederunt ergo eum Iudaei, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis: si tu es CHRISTVS, dic nobis palam. 24. Respondit eis IESVS: Loquor uobis, & non creditis, opera, quae ego facio in nomine patris mei, haec testimonium perhibent de me. 25. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. 26. Oues mea uocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me. 27. Et ego vitam aeternam do eis: & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. 28. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei. 29. Ego, & Pater unum sumus. 30. Sustulerunt ergo lapides Iudaei, ut lapidarent eum. 31. Respondit eis IESVS: Multa bona opera ostendi uobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? 32. Responderunt ei Iudaei: De bono opere non lapidamus te sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum DEUM. 33. Respondit eis IESVS: Nonne scriptum est in lege uestra: quia Ego dixi, Dij estis? 34. Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura; 35. Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, uos dicitis, Quia blasphemias: quia dixi, Filius DEI sum? 36. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. 37. Si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre. 38. Querebant ergo eum apprehendere, & exiit de manibus eorum. 39. Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, ubi erat Ioannes baptizans primum, & mansit illic; 40. Et multi uenerunt ad eum & dicebant. Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. 41. Omnia autem quaecumque dixit Ioannes de hoc, uera erant. Et multi crediderunt in eum.

IN CAPVT DECIMVM

ARGVMENTVM.

Pastoris veri, falsi, mercenarij, furum & latronum discrimen exponit, se bonum pastorem esse asseuerat, animam pro ouibus ponere, vitam illis aeternam dare se a patre diligi, animam ponere, ut resumat. Orto deinde dissidio, & in porticu Salomonis circumstantibus cum Iudaeis, & an esset Messias, rogantibus, exprobrat incredulitatem, quod operibus suis non credant, non esse eos ex ouibus, se unum cum patre suo esse. Lapidare uolentibus instat, & rogat, ob quod bonum opus se uelint lapidare? Nec enim ea causa, quod se filium Dei dicat, cum illi ad quos sermo Dei factus est, etiam dij uocentur. Magis autem ille, quem pater sanctificauit, & misit in mundum. Iterum saeuientibus ipse trans Iordanem abiit: ut furor paulum conuinceret.

In Syro usque ad uersum 22. titulus ponitur; רבמטא דקרוש ערתא *Vespere sanctificationis Ecclesiae.* additur uero דאפיסקופא דבירוטוניא *dechiruumia dephiscope.* Id est, *ἐπισκοπὸς τῆς Ἐκκλησίας ἐlectionis Episcoporum.* Monent Syri, *ἡραπολιτικῆ* esse linguæ lauanicæ, & interpretari eam dictionem Doctores רממות ירים *rammoth iadim, eleuationes manuum,* in ordinatione Episcopi, quem Hebraei זופה *Zuphe* appellant, quasi speculatorem dicas.

VERSVS I.

Amen, amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est & latro. &c.

QVÆSTIO I.

Quodnam sit ostium:

§. I. **N**on est libera ingenij relicta concertatio, nam Christus v. 7. & 9. se esse ostium affit-

mat, per quod intrare oporteat ouile. Nam per me, in *ingredi* quit, si quis introierit, saluabitur. Ingreditur, & egreditur *egredi*. tur. Non quod per Christum ouile, hoc est, Ecclesiam egrediat, sed uerbis illis indicatur, eum in Ecclesia uersaturum, pacifice oratoria ingressurum, & egessurum. Sic loqui Hebraei solent ירבו יראו *labo uaiet* Intrabit & egredietur. Deut. 28. 6. Ps. 121. 8. Alludit enim ad pastorem curam, officium, cuius est frequenter pecus uisere. Vestigia enim Domini saginant bouem. Oculi Domini pascit equum. Qui igitur hoc in ouili, *ἐν τῇ αὐλῇ* in illa aula degit, tam fido pastore sagitante semper pascua inueniet. Nec ouium modo, sed pastorum etiam ostium est Christus. Quod quia Pharisei non ingrediuntur a salute necessario aberrant.

§. 2. Intrare igitur per ostium est, per Christum intrare, eius auctoritate, missu, gratia, approbatione Ecclesie regendae curam suscipere. Quicumq; igitur se venit, quicumq; missus ab alio non ingreditur per ostium fur est, & latro. Chrysostronus notat pastorem liberè intrare, & palam. Latronem uero *παρρησιασά, non palam, non liberè.* Deinde *ὁ κλητὸς τῆς ἐκκλησίας, τὸ τοῦ γὰρ ἐστὶ, τὸ μὴ διὰ τῆς δόξης.* Non iuxta scripturas, hoc est enim non per ostium. Hinc occasio calumniarum arrepta est abhæreticis. Hinc Bullingerus & Brentius fingunt Catholicos sua cõmentia Euangelio addere. Et Brentius quidem robustâ fronte mentitus, Pontificios, ait, *seipsos facere ostium.* Quod ne fando quidem vnquam auditum est. Erille quidem Christum vocantem, admittentem, recipientem ostium esse fateri coguntur, ab eo enim omnis gratia est, & auctoritas, atque in eo residet. Hæc autem omnia iuxta scripturam sunt. Nam verè Chrysostronus: *ἐκτός ἐστι τὸ εὐαγγελιστὴς γὰρ φῶς ἐκάλεισεν. αὐτὸν γὰρ ἡμεῖς παροιστάμεθα τῷ θεῷ, καὶ τὸν θεογνωστῶν ἀνοίγμεθα, αὐτὸν παροιστάμεθα ποιῶσιν, αὐτὸν φιλαλήσοι, καὶ τὰς λύκους οὗτοι ἀφίστην ἐπιεισελθεῖν. καὶ ἵππερὶ γὰρ τῆς θύρας ἀσφαλῆς, ἕως ἀποκλεισθῆναι τῶν ἀρετικῶν τὸν εἰσόδον, ἐν ἀσφαλῆϊ καθιῶσθα ἡμεῖς παρὶ αὐτῶν ἀσφαλῶμεθα πάντων, καὶ οὗτοι εἰσὼσθα πλανητῶν. καὶ μὴ ἀσφαλῶσθα μὲν αὐτὸν οὗτοι ἐσμεθα εὐχέμεθα τοῖς ἐκθεῖς.* Meritò autem ostium scripturae appellat, quoniam nos ad Deum ducunt, & eius nos in cognitionem aperiunt: ipsa oves faciunt, ipsa custodiunt, neq; lupos irrumpe permitunt. Tanquam enim ostium si missimum hæreticos arcent, & in tuto constituunt: neq; nos, modo velimus, aberrare vnquam sinens. Et nisi hoc ostium infringamus, nunquam nos inimici nostri poterunt expugnare.

coluerunt, vt Clemens Alexandrinus 7. Strom. docet, ita quoq; pastores stulti sunt, qui metu ouium ne offendantur, salutaria illis remedia, non adhibent, non præcedunt, vt dicant, sed sequuntur, & doci se sinunt.

§. 2. Cæterum an oves dicantur solum electi, an vero etiam illi, qui fide, & gratia donati sunt: nec tamen ad vitam præordinati sunt, inter auctores contouertitur. August. tract. 45. de electis interpretatur, quas vocat oves secundum prædestinationem. Dico ergo, nouit Dominus qui sunt eius; nouit præditos, nouit prædestinatos, de illo quippe dicitur, quos autem præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit primogenitus in multis fratribus. Et paulò post expressius, quis accusabit aduersos electos Dei? nouit Dominus, qui sunt eius, ipsa sunt oves, aliquando seipsa nesciunt, & pastor nouit eas, secundum istam Dei præscientiam, secundum electionem ouium, ante constitutionem mundi. Secundum hanc præscientiam dicit multas oves foris, multos lupos intus.

Oues prædestinati.

Tandem concludit: De prædestinatis se loqui, siue sint iam in gratia, siue venturi sint. Fatetur tamen adhuc manere quætionem, & soluit: quod prædestinati audiunt vocem. Qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit, hanc non negligis proprius, non auarè alienus, & non perseuerando non auarè. Prædestinatus si ad tempus errauit, in æternum non perijt, sed tamen Christus, videtur loqui etiam de illis, qui oves sunt, secundum præsentem iustitiam, lupi aliquando futuri. Et Augustinus, fideles fuisse, & oves fuisse, docet, eodem tractatu. Itaque Christus oves vocat iustos, & eos qui venturi erant ad se, licet adhuc lupi essent, per anticipationem oves appellat, nec excludit etiam eos, qui in numero credentium sed infirmi. Errantes etiam oves appellantur. Hac ergo parabola attentionem parat, vt altius menti infideat, quod similitudine adumbratum fuit: ostendere Dominus cæcum otiem esse, per Christum in ouile ingressum, excommunicatione aliud nõ esse factum, quam vt è spelunca latronum discederet. Itaque suam auctoritatem asserit, Phariseorum euerit: qui postquam Messie sufficienter manifestato restiterunt, oves esse desierunt, ouium prædones, pastores in arreptores. Quibus vero vitam æternam dat, nisi ipsæ se indignas faciant, versa in lupos.

Agit etiam de illis qui casuri erunt.

QVÆSTIO III.

Quodnam ouile?

§. 1. Ecclesiam esse omnes consentiunt, Augustini verba. Non autem potest quisquam per ostium, id est, per Christum egredi ad vitam æternam, que erit in specie, nisi per ipsum ostium, hoc est per eundem Christum in Ecclesiam eius, que est ouile eius intrauerit ad vitam temporalem, que est in fide. & tract. 45. Hoc tenere ouile esse Catholicam Ecclesiam.

Hinc contra Arium ille, & Photinum, atque adeo omnes hæreticos disputat, qui per humile ostium intrare nolunt, sed per inacertiam ascendunt, & cadunt. In Ecclesia sunt autem, & boni & mali, & vocantur oves tamè etiam mali, quia in ouili sunt, sed non perseuerant. Quare sibi de veritate doctrinæ hæretici frustra blandiuntur, cum in Ecclesia non sint. Scripturas quidem iactant, sed hæretici ob aliam causam non sunt, nisi quod eas legentes, nec intelligentes falsas opiniones contra eorum veritatem asserant, vt habet August. l. 7. de Gen. ad lit. c. 9. & l. 1. de Trinit. c. 7. & l. 8. de Catech. rudibus. Et talem cœtum esse seu Ecclesiam etiam aliquando Sectarij fatentur. Herbrand. thes. VI.

§. 2. Quamuis autem veterem & sanctam scripturam aliquando incorruptam adducant, eius tamen interpretationem, sensumq; nouum producant, atq; ita noua dogmata cudunt, quo circa ad Apostolicam Ecclesiam cœtus suos reducere non possunt. Frustra

calumnia.

calumnia.

Christi.

QVÆSTIO II.

Quanam sint oves?

§. 1. Oves populi vocantur, vt vineæ, syluæ, maria, aquæ. Nisi enim diligenti pastorem curâ regantur, non modo obnoxij sunt vastatoribus, sed inter se vnus regni, oppidi, domus incoar colliduntur, & mutuo sibi exitio sunt, quemadmodum oves interdum mutuo pressu intereunt. Sic igitur, 2. Reg. 24. Plal. 94. Ezech. 34. Zach. 13. oves dicuntur Israelitæ, omnetq; populi, quod nulla sit illis suis in viribus, aut prudentia salus, neq; enim vel vni lupo mille greges possunt obfistere. Generatim ergo oves populi sunt, res imbecilla & mollis. Quos proinde pastor metere non debet, cum regere eas debeat. Quemadmodum stolidi Samij, Saitæ, Thebani, oves pro dijs

igitur suas Ecclesias tam diuersæ sedæ proponunt, tanquam Catholicas, tanquam ouile Christi, ex Germanitate & paritate doctrinæ, alias Ecclesias impuras appellant. Nam quæ scripturarum expositio, & ex illâ expositione, dogmatum confirmatio, à mille quingentis à nullâ Ecclesiâ probata fuit, sed potius reprehensa, damnata, quam nec Apostolicæ Ecclesiæ, nec viri Apostolici, martyres, & Episcopi agnouerunt, illa inquam expositio scripturarum Apostolica & Catholica censeretur non debet, nec signum est Ecclesiæ Apostolicæ, sed Satanicæ. Tales vero sunt expositiones Lutheranorum, & Caluianorum; de vbiuitate, humanitatis infinitate, inconstantitate, aliisque. Tales sunt de gratiâ irresistibili, reprobatione absoluta, similiaque portentosa. Hic ergo valet: quod Tertullianus de præscriptione aduersus hæreses pronunciat c. 31. *ita ex ipso ordine manifestatur, id esse Dominicum, & verum, quod sit prius traditum: id autem extraneum & falsum, quod sit posterius inuentionem.* At vero omnes illæ expositiones Lutheranae, & Caluianæ posterius aut si olim aliquando aliquæ fuere, ab hæreticis quos ipsi quoque pro talibus habent, sunt inuentæ, à Catholicis damnatae.

§ 3. Quin Lutherus contra nouas hæreses ex suâ prædicatione prognatas Ecclesiam veterem obijcit, Epist. ad ducem Borussiae. [Testimonium, totius sanctæ Christianæ Ecclesiæ, (tamen præter nihil nobis reliquum esset) solum nobis sufficere debet, ad instandū in hoc articulo cœnæ, & ad nõ audiendos planeq; reiiciendos fanaticos Spiritus: quia periculosum est, & horrendum, quicquid vel audire, vel credere contra vnanimem testificationem, fidem, & doctrinâ, totius S. Christianæ Ecclesiæ, quæ ab initio, vsq; ad nos, supra mille quingentos annos in toto orbe terrarum cõcorditer sentit. Si nonus articulus esset, non à principio Christianæ Ecclesiæ, neq; in omnibus Ecclesijs, vel tota Christianitate per omnem mundū sparsa creditus: non esset tam periculosum, vel horrendū de eo ambigere, vel disputare an recte crederetur. Sed postquam à principio, quam late patet Christianitas, contentienter creditus fuit, is profecto, qui de eo dubitat, idem facit, ac si Christianâ non crederet, simulq; non tantum damnat totam, sanctam, Christianam Ecclesiam, tanquam damnatam hæreticam, sed ipsum etiam Christum, & omnes Apostolos, & Prophetas qui articulum fidei nostræ; credo S. Christianam Ecclesiam, fundarunt, & potenter testati sunt, vt Christus Matthæi 28. c. inquit, ero vobiscum, vsq; ad consummationem sæculi: Et Paulus 1. Timoth. c. 3.]

Aduersarij iudices inuisti.

Si id igitur credendum est, quod annis mille sexcentis crediderunt Christiani, non sunt in cœtu Christianorum, qui noua, & illis contraria credenda proponunt. Herbrandus quidem illos patres qui eadem docuerunt, quæ nos in Ecclesiâ fuisse concedit, in illis quiesquilias, in nobis damnabiles errores esse profiteatur. Thesi 135. [Sed tamen retento fundamento per Christū saluati sunt, quotquot in Christum vere crediderunt, abiecta fiduciâ in propriâ opera & aliena, solius Christi merito confisi sunt.] Thesi 136. Negat se æque Clementes esse in Pontificios, Rationem reddit. Thesi 137. [Et ingens est discrimen inter illos, qui superioribus sub regno pontificio in erroribus & cæcitate vixerunt, atq; istos qui hoc tempore sunt. Illic enim Deus temporibus ignorantia, & cæcitate ex multa misericordia distulauit multa, & infirmitati condonauit: quod pertinacibus in errore, cum veritatem oblatam recusant non item facit.]

At vero illos in nobis errores appellat, pestes, vlcera, & atroces errores & idolomanias plusquam Ethnicas. Thesi 79. 91. 98. Cur vero in Christi ouili ista non fuerit mortifera, nunc vero continuo necant? Dionysius

areopagita pro defunctis sacrificium offerre docet, & amicus Dei est, ouis Christi est, cur ego si idem facio, mox in lupum mutabor? at ille Apostolos magistros habuit, ideoq; minus excusationis in ore illius habuit, quam meus, qui Apostolos, Dionysium, cæterosque habeo præceptores ita sentiendi, & auctores faciendi.

QVÆSTIO IV.

Quis ostiarius?

§ 1. Syrus vocat *ܣܘܪܝܝܐ* nator *ܣܘܪܝܐ*, custodem ostij, Alij Moysen appellant, qui tabulæ dator sit, & custos, Christum præcipuè prædixerit, & typo significarit. Toletus Cardinalis Spiritum sanctum, alijs Deum esse aiunt. Solum videri posset non conuenire Deo ianitoris officium, quod ianitor Domino & Deo patrifamilias minor esse soleat, plerumque seruus, & crebro durâ catenâ ligatus. Deus autem & Spiritus sanctus supremus est ouilis conditor, & Dominus. Verum non sunt omnia accommodanda. Ianitor est, qui admittit, & excludit, aperit, & claudit. Ille Christo dedit Ecclesiâ, eumq; caput fecit, nec enim omnia omnibus comparanda sunt, vt alijs in similitudinibus ostendi. Alio qui & Christus ianitor est, qui habet clauem David, sed ianitor & Dominus, sicut hic pastor est, & ostium: cur non & ianitor?

QVÆSTIO V.

An oues omnes sciant vocem pastoris?

§ 1. Pastor oues antecedit, ne errent quæ sequuntur, quia vocem eius norunt. Ante omnia admiranda est in simplicissima pecude *vis à xois, auditus, præstantia.* Inter mille balantes vocem matris discernit agnus, & vocem pastoris grex vniuersus. Discretionis Spiritum suis electis Caluinus tribuit, vt à veritate non abducantur, sed veritatem à falsis hominum figmentis, discernant. Experientia sanè docet, diu multumq; oues aberrare: nec in omnibus esse Spiritum discretionis, quo vera & falsa dijudicent: atque adeo ipsæ oues doctrinam & errores videre possint. Aliquando enim & alienos sequuntur. Quod si de ouibus loquamur quæ sunt ex prædestinatione, diu multumq; sæpe alienos audiunt. Latro in cruce demum vocem pastoris agnouit. Oues vero quæ iam gratiam consecutæ sunt, dum sequuntur, vocem agnoscunt, sed aliquando agnoscences alio vertuntur, aliqua rei creatæ illecebrâ adductæ.

VERSUS 18.

Omnes quotq; venerunt fures sunt & latrones: sed nõ audierunt eos oues.

QVÆSTIO I.

Qui fures & latrones?

§ 1. Quod est in quibusdam libris, ante me, *ante me, ante me,* non est in emendationibus, nec in Syro exemplari. Fures & latrones sunt, qui & lupi qui oues dispergunt. Manichæorum erat hæresis: Fures & latrones esse omnes Prophetas. Hunc enim locū contra vetus Testamentum interpretabantur. Testis est August. contra aduersarium legis & Prophetarum l. 2. c. 4. cum autē constet Prophetas à Deo missos, & sanctos fuisse, de illis nequaquam textus intelligi potest.

Particulam itaque *antes* restringunt interpretes. Omnes ipsi Christus essent, & pro redemptore se venditarunt, qui se pro vt Iudas Galilæus, & alijs, inter quos & Herodes fuisse videtur. Hunc in modum fere Chryostomus & dicitur Theophylactus. Non de Prophetis hoc intelligendum, vt a Prophetis inuenerunt hæretici: illos enim audierunt, & per illos Christo crediderunt: sed de Theudâ & Iudâ, & alijs seditionis. Hac ille res & latrones contra Manichæos & aduersarios legis ac Prophetarum. *trouit.* Cum

Cum enim oves laudentur, quod alienos non audierint, de Prophetis accipi verba Christi non possunt, Eos Christus in nomine suo venisse alibi confirmat. Alij ad omnes falsos doctores extendunt, & vim oppositionis collocant in verbo, venerunt: Nam sua sponte venerunt, non missi legitime auctoritatis. Ideoq; more luporum sine ullo iure, metâ cupiditate prædæ, & nocendi libidine venerunt. August. l. 2. c. 4. citato, ita respondet Manichæis. p. 260. Illud quoq; ait, dixisse Dominum: Ego sum ianua ovium: Omnes alij qui ante me venerunt fures sunt & latrones. Venisse quippe hoc loco intelligi voluit illos qui missi non fuissent: Quos arguit etiam iheremias, dicens: Hæc dicit Dominus de Prophetis, qui Prophetant in nomine meo, & ego nō misi eos. Illi autem, quos infans iste blasphemavit, à Domino missi sunt, non sponte venerunt. Quos & Dominus per parabolam quidem, sed apertissimè significat one declarat, ubi dicit.

Idem tractatu 45. in Joannem, alias interpretationes addit, p. 16. Quid est hoc Domine, omnes quotquot venerunt? Quid enim? tu non venisti? sed intellige. Omnes quot quot venerunt dixit, viq; præter me. Recolamus ergo. Ante advenitum ipsius venerunt Prophetæ, nunquid fures & latrones fuerunt? Absit, non præter illum venerunt, quia cum illo venerunt. Venturus præcones præmittēbat, sed eorum corda quæ miserat, possidebat. Vultis nosse quia cum illo venerunt, qui est ipse semper? Carnem quippe accepit ex tempore. Quid est ergo semper? In principio erat verbum. Cum illo ergo venerunt, qui cum Verbo Dei venerunt. Ego sum, inquit, via & veritas & vita: si ipse est veritas, cum illo venerunt qui vera es fuerunt. Qui quot ergo præter illum, fures sunt & latrones, id est, ad furandum & occidendum.

§. 2. Potest & alio fieri modo illa restrictio. Nempe omnes qui ascenderunt aliunde, non intrantes per ostium esse fures & latrones: quæ Chrylologi & Augustini interpretationes coniungit: & signum clarum est, vnde oves cognoscant lupum esse, qui effraçto pariete ingreditur, non per ostium. Nam oves apertio ostio non terrentur, sed si aliunde, insueâ aperta irruptio fiat. Atq; hæc sunt veræ interpretationes, minus ad rem illi, qui poni præteritum pro futuro arbitrantur. Fures aliqui falsos doctores, latrones, tyrannos interpretantur, verum sunt iidem: nam furantur, ut sibi machent, aut vendant. Et doctores falsi, cum potestas adest, etiam gladio sæuire solent. Princeps horum Satanas est: Verè Clemens Alex. l. 1. Strom. p. 134. 28. latrones nobis illos exhibet.

§. 3. Lupo & fur Diabolus dicitur. Pseudoprophetas miscens Prophetis, quemadmodam tritico Zizania, omnes proinde qui ante Dominum venerunt, fures & latrones, non omnes quidem homines, sed omnes pseudoprophetæ, & omnes, non authenticæ ab eo missi. Habent pseudoprophetæ, nomen Propheti, cum Prophetæ sint, sed illius mendacis, & inter falsâ, & vera quædam dixerunt pseudoprophetæ, & reuera ipsi in Ecclia prophetarunt, tanquam apostatæ illius ministri. Hoc paulo ante de Philosophiâ, & Philosophis dixerat, & veros doctores ab illis separarat. p. 133. 42. Omnes ante præsentiam Domini: fures sunt, & latrones. Omnes ergo, p. 147. l. 7. Strom. Ibi qui in sermone continentur, qui fuerunt ante suscipiam à verbo carnem, ex iudicatu generaliter. Sed Prophetæ quidem, qui à Domino fuerunt missi, & inspirati, non fures, sed ministri. Dicit itaq; scriptura. Milit sapientia ferros suos convocans cum celso præconio ad craterem vini.

§. 4. Quomodo autem Philosophi fures fuerint, libro quinto Stromatum demonstrat. Quod in posteris Philosophorum hæreticos optime quadrat; nam & ipsi quædam vera retinent, vt falsâ condendo fallant; mendacium autem furto affine est, & aurica tentoria est, dicitur et dicitur. Ista omnia vobis dixi, ad furta mendacium manducit, vt monet Clemens l. 1. Strom.

Adami Conzen in Evang. Tom. II.

§. 2. Hæretici etiam quamvis post Christum venerint eodem in censu locandi sunt. Ita Manichæis August. exprobrat. l. 16. c. 12. contra Faustum. Deinde subiungit, ipsum te audisse dicentē fures fuisse & latrones omnes, qui venerunt ante te. Vnde illum audisti, hoc dicentem nisi ex Evangelio? At si hoc, quod ita credis ex Evangelio, vt tanquam ex ore Domini te audisse dicas alius falsum esse contendat, atq; hoc dixisse Christum neget, quid tibi? quid facies? nonne Evangelicâ auctoritatem, quantum potueris viribus prædicibus: Mihi Propheta ser, illic scriptum est, quod non vis credere, ubi didicisti, quod ita rum defendere, vt hoc te ab ipso Christo dicas audisse. Ecce nos virumq; suo credimus quia Evangelio sancto credimus, ubi vtrunq; scriptum est, & Christo scripsisse Moysen. & omnes, qui ante Christum venerunt, fures fuisse & latrones. Venisse quippe ita vult intelligi, quia missi non sint: nam qui missi sunt, sicut Moyses & S. Prophetæ, non ante ipsum sed. um ipso venerunt, sed eū per ipsos loquentem humiliter portauerunt. Vos autem, qui hæc verba Domini sic intelligitis, secundum vestrum ut. lectum sacro cōfitemini nullos vos habere Prophetas, qui venturum Christum prophetauerunt: & ideo vobis eum sicut voluistis, ita finxistis. Nam si aliqui sunt vstrum, quibus quidem propterea fides habenda non est. qui non nisi à vobis profertur: tamen si alij sunt, quos dicere audeatis prophetasse Christum falsa carne venturum falsa morte passurum, falsas cicatrices dubitantis discipulis oblaturum, non dico, ex hoc ipso quam sint detestandi, atq; fugiendi, quamq; nō possint esse veraces, quibus de mendacio Christus placet: vt hoc non dicam, certe vt dicere ceperam secundum istum intellectum vestrum fures fuerunt & latrones, quoniam ante Christum venerunt, qui cum venturum quo modo predicarunt. Porro si ille intellectus est verus, vt ipsi an e Christum venisse dicantur, qui cum Christo id est, cum verbo Dei veni e noluerunt, sed cum eos non miserit Deus, mendacia sua hominibus attulerunt: vos quoq; ipsi, quamvis post Christi passionem & resurrectionem in hoc mundo nati fueritis, fures & latrones estis: Quia priusquam vos ipse illuminaret, vt veritate ipsius predicaretis, eum anteverire voluistis, vt vestram fallaciam iactaretis.

Conueniunt satē illis ex amissim furum, latronum nomina, quia rem ipsam tenent, nec qui eos audiunt & colunt, in oculis sunt Domini, boni pastores, sed λικρολιται, quos Clemens Alexand. l. 4. Strom. lupos pro Deo coluisse docet. Est autem lupus λικρολιται, ferus, & acquirendus antibus. Est ille etiam ἀβρολιται, ferus, & acquirendus antibus. In sermone humanâ rapax. Eas egregiè eodem libro describit Clemens, quæ lector consulat.

QVÆSTIO II

An ad hæreticos furum & latronum ingressus pertineat?

§. 1. Calvinus ne ipse cum suis non legitime videtur ingressus, ostium & totum ovile evertere conatur. [Contendit ergo, inquit, non omnes in pastorem vel ovium numero habendos, qui externū in Ecclesia locum vident. Sed hæc demum notâ legitimos pastores à reprobis, genuinas oves ab adulterinis discerni, si ipse vnus omnium sit scopus, principium & finis.] Resp. Omnino necessarium esse, vt omnium scopus, principium, & finis sit Christus, quod quidem in controuersiam non venit, vt nec illud. Non omnes legitimos pastores, qui externum sibi locum usurpant. Illud veronecessarium omnibus sæculis monitum: vt quamvis interdum mali pastores bonotum occupent cathedras, caulaque, nec continuo dignosci queant, omnes tamen ingressam in ovile considerent, quamvis eim per ostium ingrediant. Ingressus in tur aliquando mali, aut post ingressum fiant mali, de ovile confuso non disputo. Tenendum tamen est, omnes, qui derandus, aliunde ingreditur, & non per ostium esse malos, omnes fures & latrones. Hoc symbolum est pastoris mali, aut lupi sub pelle ovium larvati, si non per ostium

*Malus est
qui male
ingreditur.*

ingreditur. Quemadmodum vel legitimâ successione, vel electione rex creari potest improbus, & iniustus: nec de futuri regis integritate nos inauguratio, & diadematis fulgor certos reddit; ita nec de moribus Episcopi ordinatio. At si quis per fraudes, violentiamque, & malas artes regnum inuadat, nemini dubium est, eum non modo improbum, sed etiam tyrannum esse, in quem pro rege legitimo arma sumere fideles subditi tenentur. Nec causa eius disceptatur cuius manifesta tyrannis est. Hæc ratio tenenda est Christianis. Multa sunt in hominum consilijs, animisq; obscura, tædæta, simulata, sublatiâ sanctitatis tegit immania scelera hypocrisis, nec aduerti omnia, notarique possunt. Lupus sub pelle ouillâ aliquandiu delitescit, at si aliunde irumpat, non per ostium, si desit legitima missio, successio; iam non dubia fraus est, lupus est, ad resistendum conclamatur. Magnum in eo præsidium est rudibus, ut vbiunque in Dei sanctuarium vident occluso ostio per ruinas aliquem irumpere, certo statuunt hostes Euangelij esse, nec audiendos. Sanctuarium, inquam, Dei, locum externum, Ecclesiæ iurisdictionem usurpatam. Non enim doctrinam Christi, tenere aut tradere possunt, qui contra Christi mandatum irumpunt, & sibi sumunt honorem. Qui autem illa vident, & sequuntur, sponte lupi & furibus sese exponunt. Non omnes homini sunt pastores, qui pro talibus se iactant, nec oues quæ externis insignibus gloriantur, fateor; hoc vere Calvinus dicit: Verum non hoc agitur, ut negemus, hypocrisis esse in Ecclesiâ, sed *rethor* opponitur, quo lupos cognoscamus. Non sunt pastores omnes, qui se tales iactant, at lupi sunt omnes qui in ouile Domini iniussu irruunt. Potest latere sub ouillâ pelle lupus, at si in suâ pelle, & suo ritu appareat lupus, nemo tam verors est, pastorem ut credat. Aliquando ouium exuias induit lupus, nunquam lupinâ se vestit ouis. Scelus esse nouit, vel in suum commodum, vel dedecus mentiri; ouium sibi insignia circumdat lupus, ut fallat, luporum infamem habitum ouis abominatur. Certum est, & euident indicium furis, & latronis, si nullâ serie successione, electionis, missionis noui doctoris in Ecclesiam irumpant. Hoc consilium Christi est, ostendere tesseram quam secum ferant, dedecoris sui testem omnes qui doctrinam Catholicam violare contendunt. Vnde enim venerunt? quâ ratione ingressi sunt? Vnde us pastorale illis datum est? Pastores veri sunt qui ad Christum adducunt, mali, qui ab eo abducunt. Præclara oratio. At qui lupi sunt semper abducunt, etsi enim adducere quandoque videantur, id tamen agunt, ut longius remoueant. Hic lupi nobis mores Christus ostendit, quem nunquam sequi ouis debet, quantumcumque amœnâ deducat viâ, ad lanienam enim deducit.

*Nunquam
ouis mace-
riam diru-
it, aut ali-
unde ascen-
dit.*

*Nemo au-
diendus qui
aliunde a-
scendit.*

*Personæ in-
gressus est
spectandus.*

§. 3. Animaduertere igitur fideles oportet, vnde ascendant, qui veniunt, testimonia missionis exquirere est necesse, si enim in castra nemo, nisi dato signo accipitur, cur in Dei Ecclesiam admittentur ad pastorale officium, quorum mens & fides, & vocatio incerta est, imo quorum ambitio & irruptio non est dubia. Hinc monet Christus. Attendite à falsis Prophetis, Matth. 18. & 14. & Ioan. 20. Doctrinam interinoscere initio non licet rudibus, si nihil contra receptam fidei regulam inter initia disputet. Lupus ouillâ pelle tædus, quamdiu compositè inter oues degit, nondum quis sit, agnoscitur. At si perfollo pariete eum irrepere videant, nō ire per ostium, hostem nemo dubitat. Ne igitur abeant, animum intendant, quis ductor sit, pastor an lupus? Docentis personam intueantur. Insignis illa fraus est Satanæ cum audiri se postulant hæretici, non personis æstimandam fidem, sed ex fide de personis iudicandum. Non quis dicat, sed quid, ait

Acontius, lib. 6. stratagematum Satanæ. Hoc modo ingressus est Arius, hoc modo Photinus, alij: Hoc stratagemate Acontiano vsus est Manichæus. Crede re sibi volebant, scientiam, demonstrationemq; pollicebantur, audire se postulabant: & dum quædam vera docebant, latenter falsa ingerebant, quæ fallerent oculos etiam eorum, qui in lege Domini exercitati videbantur.

Respond. Itaq; aduertendum quis sit, an ianuæ sit vsurpator? an parietis perfollo? in disciplinis humanis ratio dictorum, non vita docentis perpenditur. Intellectu enim audita iudicantur, in religione præscribitur auctoritate; nemo enim docere finitur, nisi quem Deus miserit. Nec enim Satanæ vel certa & sancta docens audiendus est, nec Pseudopropheta eius administri. Nam ut recte Chrysostr. hom. 29. 1. Cor. docet. Diabolus ipse vsurum aliquando dicit: Primum ut rerum ordinem confundat, deinde ut Apostolorum auferat dignitatem. Postremo ut multitudini persuadeat, quo sibi attendat. Quæ ne fierent, etiâ demonum vera digentium ora Christi obtulit. Porro ita veris sibi fidem præstauit, ut cum existimationem sibi parauerint, efficacius fallant.

§. 4. Nemo hæreticorum nostri temporis per ostium, ne quidem à principio ingressus est. Sed ipsi Deo prohibente profuierunt, Maior olim fuit in veris pastoribus scandali occasio; cum Nestorius Episcopus ante orthodoxus in medio ouili efferatus est in lupum, locum tenebat, quem iure ingressus putabatur. Nec ex ipso incestu notari lupus potuit, sed tum demum, quando refixis Ecclesiæ scitis, scripturas deprauabat, & noua dogmata inferebat. Oves autem cum hæcenus pastoris vocem audissent, mox sonante vultu lupi percussæ sunt. Discernebant autem vocem ab vultu, cum apertè fundamentum Christianæ religionis videbant quati. Non est magnum tunc discernere Spiritum, quando ad aliqua peruenit, vel perduxerit, quæ sunt contra bonos mores, vel contra regulam fidei. Tunc enim à multis discernitur ait S. Augustinus de Gen. ad literam lib. 12. cap. 14. Tarda est illa, non fera tamen lupi agnitio. At nostri sectarij omnes primo in aggressu rabiem præferunt. Missi non sunt, & currunt, ostium declinant, per ruinas, qua datavia ascendunt. Quis enim post stigmata de Ecclesia profugum, Ecclesiæ pastorem fecit? Quis Bezam proprio suorum scelerum præconio infamem in Christi ouile recepit? & oues pascendas commisit? venerunt à seipsis. Hodieque veniunt. Non enim ab vlla legitima auctoritate mittuntur. Nec possunt negare, qui per Europam sparsi sunt sectatorum cætus. Episcopos non habent, ab illis non ordinantur. Hac de re alias à me actum est. Nunc placeat ex ipsorum libris argumentum. Qui ab Episcopis ordinati non sunt, & missi, aliunde ascenderunt, nulli hæreticorum ministri ab Episcopis, vel ordinati vel missi sunt, Non habent ergo legitimū ingressum, sed aliunde veniunt. Adrianus Saravia contra Genebenses hoc demonstrat. p. 423. ad quem lectorem relego, ex quo constat, totam Galliam iudicio Britannorum veris sui Euangelij carere pastoribus.

§. 5. Non audierunt illos oues, sed etsi interdum aliqua aliquandiu deceptæ sunt, non audierunt tamen perseueranter, ut Augustinus interpretatur, & Theophylactus, aliquos *scelus* paululum seduci, deinde ad caulas tamen reduci. Quod verissime de illis dicitur, qui oues sunt prædestinatione. Aliæ oues cū audiunt, & sequuntur hoc ipso oues esse desinunt, alienum enim audiunt. Ridicula hæc fuit Bulling. in Pontificem, quæ se audiri postulet, & Christi vicariū appellat. Nam hoc ipso quod Vicariū se, & legatū Christi appellat, ad Christū nos adducit, p. quo legatione

fungitur. In ipso enim Christus loquitur, ut supra ex Augustino docui. Si enim Dominus cognomen pastoris communicat Apostolis, atque alijs Ecclesie prepositis, ut hoc loco Musculus disputat; Quid tandem peccati est, si vicarium se Christi summi Pastoris Pontifex profiteatur?

VERSUS 10. & seq.

Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inveniet, &c.

QUESTIO I.

Quis Christo, & quis sit furi scopus?

§. 1. Furi & latroni, unus atque idem est scopus propositus, maculare & perdere. Nam a suo pastore greges separare conantur, & a reliquo grege universae Ecclesie abducere. Solitariae autem ovi perendum est. Christus venit, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Seu ut Syrus dicit: Et quod est abundantius habeant. Magnam enim gratiam, magnamque gloriam promittit, omnia abundantissime praestiturus est, & vitam, & omnia vitae ornamenta. Studium furum describit nobis Hieronymus Commentario in c. 7. Michae. Et dicamus scriptum de haereticis: Nolite credere in amicis, o populi simplices. & in ducibus pravis, qui se amicos & principes haereson esse promittunt: non enim vestram salutem, sed sua querunt lucra, & deceptum gregem pedibus suis conterunt: & ei qui tecum dormit, cave ne quicquam credideris, quam non possimus aliam intelligere nisi carnem: ut non facile credamus carnis blanditijs, ne animi christia virilitate, constantia illius edomita mollescat illecebris. Filius enim, qui natus a Deo est, neglecto creatore suo, blasphematur eum, a quo conditus est, dicente scriptura: Nonne pater vnus omnium vestrum? Nonne Deus vnus creavit vos? & anima coelestem despicit Hierusalem, matrem, contemnit Ecclesiam, quam qui contempserit, morte morietur.

Verissima est in nostris sectarijs Prophetia, quorum hoc caput est, Pontificem, & vnionem Ecclesie oppugnate, in ceteris facile dissident, seque mutuo tolerant.

Nunc quoque simile studium haereticorum experimur; abducunt discipulos post se, deinde lanienae offerant, ab Ecclesia desciscunt Catholica; deinde a se ipsis, alij ab alijs. Vnus erat quondam Lutheranismus: mox in centenas factiunculas dissectus est. Fieri enim potest, ut omnes errent, at ut in vnam viam autiam, in vnum errorem omnes conspiciant, fieri non potest. Postquam enim suum singuli iudicium in sacris literis exponendis praefere ceteris inceperunt, etiam discipuli a magistris haereticis, haeretici secessionem fecerunt. Cur enim Lutheri dictata reciperet Melancthon, cum ab illo quindecim saeculorum doctores videret esse contemptos.

QUESTIO II.

Quomodo bonus pastor det animam pro ouibus?

§. 1. Triplex est pastorum genus. Nonnulli sub larua pastorum lupi sunt, fures, & latrones, de quibus dictum est: alij mercenarij de quibus v. 12. dicitur. Boni autem pastores notam insignem proponunt: nempe. Animam dare pro ouibus. Nec modo per ostium ingressus est, quod aliquando etiam mercenarius facit. Sed postquam ingressus est: ad mortem usque pro ouium salute decerit. Excitant quae Adami Conzer in Euang. Tom. II.

tionem hoc loco, ut mihi videtur minime necessariam. An liceat pro re temporali vitam periculo exponere? Respondent id fieri posse: nam pro opibus, pro libertate, pro fama ferro decertare solent. An vero si leo, vel vrsus, aut sanæ lupus occurrat, praestet ouium iacturam quam vitam facere, non est dubium homini prudenti. Satius est pecora, quam homines laniari. Christus loquitur de pastore, qualem homines fidelem arbitrantur. Eum nempe qui feris, & furi- bus se solerter opponit, etiam cum vitam periculo, & si non omnes eruere potest, quam plurimas tamen seruare conetur, quod ouium damna ipse sentiat. Mercenarium vocant, qui mox imminente periculo fugit. Talem se reuera pastorem Christus, imo multis, modis meliorem profiteretur, qui ideo venit, ut oves vitam habeant, & abundantius habeant, atque interim ipse sciens volens animam suam det pro ouibus, in cruce enim pro cunctis mortuus est.

§. 2. Cum data pro ouibus anima dicitur, refutatur haeresis Osiandrina, Funciana, Sociniana, qui impie negant mortem Christi fuisse satisfactionem, & lytrum perfolutum esse. Illi enim veterem Samolitanorum haeresim reuocant, & nostram redemptionem simplicem interpretantur liberationem, seu metaphoricam, non autem per modum lytri de pensu. Nam Matth. 20. 28. 1. Tim. 2. 6. vti & hoc loco dicitur: animam dedisse, & seipsum, additur vero *αὐτὸν ἑαυτοῦ*, quibus ex verbis, haec etiam sunt exponenda. Ita enim olim Bernard. Epist. 190. & Epist. 194. & 195. & 196. contra Arnoldum de Brixia, & Petrum Abailardum disputauit, eos deinde haereticos Synodus Romana damnauit.

Nec minus Calviniana blasphemiam a Christo refutatur, cum dicit bonum pastorem esse, qui animam dat pro ouibus, in mortem scilicet, non autem in damnationem, etiam temporariam, at Calvinus morte nihil actum censet, nisi hominis damnati doctoris accessissent. Ipsa parabola ostendit violenter scripturam torqueti. Bonus enim pastor, cum lupi insidiantur, fures & latrones infestis sunt, pro ouium salute non damnationis aeternae, sed mortis periculo depugnat. Nec maior sanguini Christi irogari potest, quam cum adeo leue eius precium fuisse dicitur, ut sine pena hominis damnati lytrum esse non potuerit. Certum vbique precium quod pro captiuis perfolutum est in scriptura nobis proponitur, & in sanguine consistere dicitur; Rom. 3. 24. Per redemptionem Christi sanguine factam, Eph. 1. 7. Per sanguinem, Heb. 9. 16. per mortem, 1. Per. 18. Redempti estis, non auro, vel argento, sed pretioso sanguine. Sanguine precioso, non desperatione, non damnatione preciosa redemptoris. Et Apocalyp. 1. 9. Iusti se sanguine Domini, non mortis aeternae horribilibus redemptos clamant. Maneat ergo, Christum verè soluto precio nos redemisse, & mortis ac sanguinis merito, satisfactione vera: non penes damnatorum.

§. 3. Causae cur Christi propriam redemptionem lytrum, satisfactionem negant, Christo Socinus & causa Osiander, sumptae sunt ex impijs Calvinianorum, & andrisini. Lutherianorum contra sanctorum merita argutijs. Sanctorum opera dicunt non esse indebita, esse creata, esse ex gratia. Atqui illis eisdem argumentis Osiander probare conatur diuinam solam naturam nos redemisse, iustificasse, a morte liberasse. Monstruosa eius est sententia, sed è principijs Calvinismi, & Lutherismi. Ratio eius 33. Quicquid nos a morte liberat, est Deus, non homo.

Et ratio 39. Creatura liberare non potest, non dare iustitiam.

Vide rationes 40. 42. 56. ceteras, omnes ratione carentes.

Pro temporali damno vita an impendenda?

Christus lytrum pro nobis perfoluit.

Sanguis Christi lytrum.

Et vt compendio persequar. Vnâ sententia omnia complexus est Fancius. Si obediens passio Christi est nostra iustitia, tunc Christus ipse non est nostra iustitia. Christus ipse non est passio, nec passio Christus. S. Paulus autem & tota Ecclesia Catholica, consentunt Christum ipsum, esse fundamentum, & iustitiam nostram.

Hæc quamuis puerilia sint, & inter miseros illos Antabatas agitentur, idcirco tamen attuli, vt appareat, eisdem argutis sanctorum merita, & Christi non modo merita, sed etiam sanctificationem nostram, & redemptionem tolli. Neque enim argumentis opus est, sed audisse nugas, est soluisse. Quis enim nescit à morte nos liberatos à Deo, à diuinâ naturâ, sed precio, merito, satisfactione sanguinis Christi, dignitatem à diuinâ hypostasi habentis. Quod vero iustitiam nostram creaturam negat, planè est ridiculum, sed ex Calvinismo, qui omnem creaturam imperfectam fugit, quasi non possit creatura per rem aliquam creatam fieri iusta. Arrenouatio, regeneratio, omnia illa sunt res creatæ, & dona Dei. Nec potest sine Deo esse nostra iustitia quamuis Deus nō sit. Est enim donum Dei quod qui accipit, sine Deo esse non potest, quamdiu donum Dei in ipso est. Denique quod ait creaturam non posse vitam præbere, verissimum est Deus homo vitam probet, non nudus homo. Quibus ex rebus apparet Osiandinos dicere, & abique iuco impios esse, nec Christi sanguini quicquam deferre; alios ita contra eos disputare, vt tamen occasionem & argumenta suppeditent.

Iustitia nostra creata est.

ADAMI CONZEN
112
+ Euangelium
CVI
13

VERSUS 12. 13.

Mercenarius autem est qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus.

QUESTIO I.

Qui mercenarij?

§ 1. **M**ercenarium Dominus definit, qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, qui fugit, cui oues non sunt curæ, quia mercenarius est. Bonus pastor animam ponit, vt Syrus habet: & Nazian. p. 891. & Ambrosius T. 4. p. 163; Latinus, dat. Græcus πῶνός, vel δῶνός, ponit, vel dat; nulla sensus diuersitate. Tanti sunt illi oues, at mercenarius, nec est illi cura de ouibus, ὅτι οὐκ ἐστὶν αὐτοῦ. Est vero mercenarius cui non est cura ouium salus, nisi solum ob mercedem, quiq; in re sacra illud usurpat.

Mercenarius non oues sed lucrum petit.

Μισθός δ' ἀνδρὶ φίλω εἰρημὸν ἀρετῆς ἐστίν.

Merces viro amico dicitur sufficiens & æqua.

Horum ingens est multitudo, & olim erat cum Dominus quereretur non esse, qui clauderet ostium suum gratis. Porro duplex est operariorum genus, qui mercedem præstolantur. Quidam enim expectatione sui commodi, verè tamen laborant, alij palam flagitiosi sunt. Qui tamen cum vera doceant, audiendi sunt, tenent enim Cathedram Moysis, & Apostolorum, ita etiam monet Augustinus tract. 46. in Ioan. & ferm. 49. de verbis Domini, & Chrylost. hom. 7. in Ezechielem.

§ 2. Pastoris igitur boni est, pro ouibus mori, fugere mercenarij. Quando fugere liceat. Disputat

Athanasius l. de fugâ suâ, & Augustinus l. 2. c. 8. contra Gaudentium. Tertullianus etiam de fugâ pastorum, in o Christianorum librum conscripsit. Tenendum non omnem pastorem fugam vetari, sed eam que fit mercenarij, cui oues curæ non sunt, quâ oues exponuntur rapacitati luporum, dissipantur, & perduntur. Fugit Athanasius, ante eum Cyrianus, & multa Episcoporum millia. Fuga sæpe vitior est ouibus & magis necessaria gregi, quam mors pastoris, de illa dixi comment. in Mattheum. Vide etiam Augustinum Epist. 180. ad Honoratum

Mercenarij etiam vere dicunt.

§ 3. Commendat autem Dominus omnibus, qui præsumunt iteratâ repetitione ouium diligentem curam, vt querant, quemadmodum docet Theophylactus τὸν ἀεὶ δῶν ἀφ' ἑλπίου, non autem ἀπὸ ἐξέσθειας, emolumenta gregis, non questum lucri turpis. Magnum est enim inter pastorem ouium, & populi præpositum discrimen; vt est apud Nazianzenum oratione primâ, pag. 45. Haud quaquam idem esse existimabam, a: ne nunc quidem existimo gregi aut armento præesse, & hominum animas gubernare. Ille enim quam pinguisimas & obestimas oues ac boues reddere sufficit: idq; sibi & pastor & bubulcus, ob oculos ponens, irrigua & conspicienda loca explorabit, gregemq; & ad pascua ducet, & à pascuis educet, fissurâq; recreabit, & alio mouebit, ac recreabit, aliquoties quidem pedo, vt plurimum autem fistula. Nihil porro aliud negotij pastor aut armentarius habet, quam vt cum lupi nonnumquam pugnet, atq; interdum etiam agram ouem aut bouem visitet. Magna autem temporâ parte querens ipsi, & vmbra & fistula cura erunt, & in pulchra herba corpus sternere, atq; propellendam aquam, & sub tenuissima aura lectum ex tempore compingere, amatorum etiam quiddam cum Cysibio canillare, ac oues vel boues alloqui, & ex his etiam pinguisimas quasq; comedere, aut pretio addicere. Virtutis porò ne tenuissima quidem cura gregem vltim aut armentum vquam tetigit. Quæ enim virtus eorum esse queat? aut quis eorum commotum potius, quam voluptatem suam spectauit?

Atque vtinam illa considerent prelati, qui bona Ecclesiarum, etiam parochialium quasi gurgites absorbent, partum solliciti quomodo salus animarum procuretur. Interim hæreses obtinent, bella premunt, quorum malorum finis sperandus non est, donec illi, quibus aliorum corrigendorum onus impositum est, se ipsi corrigant.

Curapi- storum.

Et eodem modo circa finem orationis, atque eius exepetes Elias Cretensis. Quam vero sollicitudinem suscepisset, cum Episcopatum admisit, oratione ad patrem Gregorium, quæ est septima, exponit. Hæc sunt, quæ ego meruisti, acerbitate ac mestitia impleris sum, eodem modo affectus, quo pueri ad fulguria, ex quorum spectaculo conuictam cum admiratione & stupore voluptatem capiunt. Spiritum enim simul & amant, & extimui: nonnulli temporis spatium opus habui, vt me ipse colligrem & excitarem, ac meliori tutioriq; parri adiungerem: vt subducente se sentore, nõ secus ac Zizanijs in semine, malisq; cogitationibus meliori consilio cedentibus spiritus iam plane vinceret, meq; ad simulatum suum & ministeriũ vteretur, ad populi huius instauracione, ad virumq; doctrina genus, tam quod in sermone quæ quod in opere vitæq; exemplo consistit, per arma iustitie tam dextra quam sinistra, ad commo dam pascendi gregu rationem, à mundo abstrahentem, ad Deum adducentem, corpus exhaurientem, spiritum augetem, tenebras fugientem, luce gaudientem, feras propellentem, ouile colligentem, præcipitia & desertas solitudines cauentem, ad montes & edita loca greges impellentem.

Clemens Alexandrinus lib. 1. prædagog. appellat prædagogum nostrum ait Christum, eum que imitantem præfulibus proponit, pag. 44. πῶς ἐν ἡ τούτῳ ἵστα. ποῦν τὸν ἀποστόλον ἀποληπίεν τὸ γὰρ τῶν νηπιῶν; εἴτε ποιμένες ἐσμεν, εἰ τῶν ἐκκλησιῶν ἀσθενεῖς καὶ ἐκόντα τῆ ἀγάθῃ ποιμεν. Quomodo igitur

Bonum pæ- storum et.

igitur non est intelligendum Apostolum hoc modo intelligere
hac infinitum siquidem pastores sumus qui Ecclesie presumus
ad imaginem boni pastoris?

VERSUS 14. & 15.

Ego sum pastor bonus: & cognosco
meas, & cognoscunt me mea. Sicut
nouit me Pater, & ego agnosco Pa-
trem: & animam meam pono pro
ouibus meis.

QVÆSTIO I.

Quomodo cognoscat oues?

§. 1. Ignorat ouium faciem Mercenarius, raro enim
uisit. Non est enim illi cura ouium salus.
Agnoscit pastor bonus, quia per eum, & in eo uiuunt.
Eum oues uicissim cognoscunt, amicitie enim & fa-
miliatatis est cognitio. Cognitione non modo appro-
bationem, affectionemque significat hoc loco, sed præci-
pue prouidentiam, quâ omnia ouibus euentura præ-
sciunt, & rationem eas tuendi constituit. Cognoscunt
autem Christum oues fide, non eo modo quo cogno-
scuntur: nam multi nesciunt se oues esse, sed Dei mi-
sericordiâ sunt oues.

§. 2. Diuinitatem, & cum patre æqualitatem
cognitionis paritas demonstrat. Deum enim eo mo-
do cognoscere, quo cognitus est, nemo potest, nisi
Deus. Chryostomus ouium cognitionem, quâ pas-
torem cognoscunt inæqualem, Christi, & Patris æ-
qualem dicit: *Αλλ' ἐκ τῆς ἰσότητος: ἀλλὰ ἡ ἰσότης τῆς πα-
τρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ.* At non par cognitio, sed illa qua Patris est mea,
est æqualis. Et Theophylactus multo clarius: *ἄλλος γὰρ
ἡσυχία ἐπίσταται αὐτὸν ἀνεπίστατος, ὡς αὐτὸς ἐμὲ. Ὡς enim cogno-
scio accurate ipsum, si ut ipse me.*

§. 3. Athanasius accurate locum hunc perpendit: &
Christi diuinitatē probat orat. breui contra Arianos:
*εἰ τὰς κνρὶς λέγουσι τὸν υἱὸν ἰσότητος τῆς πατρὸς τὴν
ἐπίστασιν εἰ μὴ ὅτι ὁ υἱὸς τῆς πατρὸς πᾶς ἐκ ἀληθείας
εἶπεν ἑστὶ θεομάχου, λέγοντες, μήτε ἀρχαίου μήτε
γνώσεσθαι τὴν πατέρα ὡς ἡ ἡ ἐτελείως; εἰ δὲ ὁ
κύριος λέγει καθὼς γνώσκει με ὁ πατήρ, κα-
γὰρ γνώσκει τὴν πατέρα; ἐκ ἐκ μέρους ἢ γνώσκει τὴν
πατέρα; ὁ πατήρ τὴν υἱὸν πᾶς ἐμείνοντα Φλαουίου-
τες, ἐκ ἐκ μέρους, καὶ ἐπὶ ἀληθείας ὁ υἱὸς γνώσκει τὸν πατέρα;*
Pater cum Dominus ait: Nemo nouit Patrem nisi
filius. Et uersum: Non quod Patrem uiderit quisquam,
nisi is, qui est à Patre. Nonne cum Deo ipso pugnant isti,
dum patrem à filio perfectè uideri, cognoscique negant. Etenim si
Dominus dicit: Quemadmodum nouit me Pater, ita &
ego cognosco Patrem: Pater uero non ex patris antum cog-
noscit filium, profecto insaniunt isti, qui filium non plenè, sed
tantum ex parte cognoscere patrem blaterant.

§. 3. Tanti cognitionem illam fecerunt Vbiqui-
tistæ, ut ex humana natura diuinam fecerint. Dispu-
tat Hunnii Hyperapistes de omniscientiâ Christi, &
ex eo, quod nouerat oues suas, ait communicatam
humanæ naturæ omniscientiam diuinam. Cui do-
ctissimè respondet in refutatione Mæuii libelli no-
ster Gregorius. [Si, ut patet, p. 192. c. T. 2. Confe-
quentiam neges, mox audies hanc probationem:
Quia hæc scire proprium est diuinæ naturæ. Respon-
deo: scire hæc talia per se, & per scientiam increatam
& infinitam: esse proprium Dei: At negamus huma-
nam naturam Christi, seu Christum secundum hu-
manam naturam, sciuisse hoc per se, & per scientiam
increatam & infinitam: sed ex dono Dei; idque creato

& finito; quia per lumen creatum & finitum hæc om-
nia cognita habuit.

Dixi iam in labyrintho Cretico hunniano; si hoc
Hunnianum & Mæuium argumentum concluderet,
secuturum, etiam Prophetas, omniscientiæ di-
uinae attributum sibi communicatum habuisse. Quia
& ipsi longè post futura cognouerunt, & prædixerunt:
etiam ipsi cogitationes hominum occultas uiderunt
& peruiderunt: Etiam ipsi quid lateret in pectore la-
gaciter intuiti sunt. Nonne cor Elisæi 4. Reg. 5. præ-
fens erat, quando reuersus est Naaman de curru suo
in occursum Giezi? Nonne uidit Hælisæus, quamuis
absens, quando Giezi accepit uestes & argentum?
Nonne intellexit quo consilio hoc fecerit: uidelicet,
ut emeret oliueta, & uineas, & oues, & boues, & fer-
uos, & ancillas? Nonne idem Hælisæus detexit occul-
ta consilia & positas insidias Regis Syriæ 4. Reg. 6.
Nonne hanc ob causam conturbatam est cor Regis
Syriæ, existimantis inter suos esse, qui omnia prode-
ret: quam suspicionem quidam ex famulorum nu-
mero ei eximere tentans: Nequaquam Domine mi-
 Rex, aiebat, sed Hælisæus Propheta, qui est in Israel,
indicat Regi Israel omnia uerba, quæcunque locutus
fueris in conclauituo. Nonne Sanctus Petrus Act. 5.
nouit occultas fraudes & fallacias quibus Ananias &
Sapphira Ecclesiam circumuenire studebant? Et quid
multis ambagibus opus; si in Mæuiana stultitia ali-
quid momētū inest, non in solo Christo, sed in omnib.
Prophetis hæc Vbiquitistæ omniscientiæ diuinæ
communicationē naturæ humanæ factā inuenimus.

Mæuius appellat hanc obiectionem stupidam. Stu-
pida, inquit, Gregori obiectio. Nec calumniæ suæ ali-
ter conciliare fidem nititur, quam eius, quod in con-
trouersia positum est, assumptione & repetitione, quâ
si in sua primordia resoluas, summa huc recidet. Ma-
gno discrimine prænotionem & prædictionem Chri-
sti & Prophetarum diferepasset: illius. n. naturam hu-
manam hypostaticè fuisse unitam uerbo: minimè ue-
rò naturam humanā Prophetarum; hinc in illam ipsi
omniscientiæ diuinæ proprietatem transfusam; ne-
quaquam uero in naturam Prophetarum: Quare na-
turam humanam Christi oīa sciuisse per omniscientiā
diuinam, non uero naturam humanam Prophetarū.

An non est hæc egregia responsio? Quasi ideo ne-
cesse, uel etiam possibile sit, omniscientiam diuinam,
uel aliam quamcunq; proprietatem in naturam hu-
manam Christi transfundi, quod sit cum uerbo hypo-
staticè coniuncta, ita ut quæ scit, non sciat per creatā,
sed per increatam diuinamque scientiam? Nonne hoc
ipsū est de quo contendimus? Quam pulchrè ergo
ipsam questionem pro responsio nobis Mæuius appo-
nit? si Hælisæi uel alterius cuiuscunq; Prophetæ natura
humana fuisse hypostaticè cum uerbo unita, non a-
liter nisi per lumen creatum, diuinitus sibi infusum,
futura & abdita cordis consilia cognouisset & perspe-
xisset: Impossibile enim est, ut creata natura aliter in-
telligat in se & per se, quam per scientiam creatam.

VERSUS 16.

Propterea me diligit Pater, quia ego
pono animam meam, ut iterum
sumam eam.

QVÆSTIO I.

Quæ alia oues?

§. 1. Vulgatum est non inter doctos modò, sed et-
iam plebè. Vnum ouile ex gentib. & Iudæis
factum, med. à inter duos populos rupta macerit: ue-
tus illa interpretatio fuit. Iulianus de ueritate Chri-
stianæ

Duo Eule-
stia per Chri-
stianæ

Ἐγὼ οὐκ ἔπειθον, non egere alio exhortatore. Hoc ergo modo precepto non egebat, sed cum patris voluntatem quā ipse ut homo obligabatur videret, statim idem, quod pater voluit: libere etiam actu reflexo voluit. Et hom. 68. in eo est, ut ostendat, eum non ita mandatum accepisse, ut ante nescierit, postea cognouerit, quem profanum vocat sermonem, illo enim Ariani utebantur. & homil. 75. iterum humano more loqui dicit: cum ait, se patris praecepta facere: ὁ γὰρ δῆπου ὁ νομοθέτης ὁ πᾶσι ἐπιτολᾷ ἐμελλε καίσεσθαι. non enim legislatorem sub lege esse oportuit. Nec enim ut Deus praeceptum accepit, nec ut homo sub Dei lege esse eum inconueniens fuit. Legem igitur impleuit, obediens vsq; ad mortem, sed legem non habuit cogentem, docentem, & qua egeret.

VERSUS 22.

Facta sunt autem Encenia in Ierosolymis: & hiems erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.

QVÆSTIO I.

Quae encenia, quae porticus Salomonis?

§.1. Syrus appellat festum dedicationis **חג החדשה** *ghishda dechudata*. Alii renouata, alii renouationem appellant. hoc est enim ἐξκαθάρσις, enceniare. Ridicula deriuatio allata est à Carrensi. Ternæ fuerunt templi dedicationes, tempore Salomonis, Zorobabelis, Maccabæorum, de postremâ agitur. 1. Macc. 4. 45. describitur. Et incidit illis consilium bonum, ut destruerent illud: ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes, & demoliri sunt illud, &c. Ety. 59. Et statuit Iudas & fratres eius, & vniuersa Ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis altaris, in temporibus suis ab anno in annum, per dies octo, à 25. die mensis Casleu.

Magna solennitate agebatur. Thalmudici in tractatu de ritibus seruandis in diebus fortium, & dedicationis.

§.2. Machabæam esse dedicationem liquet: nam sola illa hyeme facta est, mense Kasleu, qui Nouembri & Decembri nostro responderet: & quia factum est die 25. mensis illud, sequitur nostro Decembri contigisse. Porticum Salomonis ita vocatam aiunt, quod secundi templi porticus ad similitudinem primi templi facta fuerit: & nomen vetus retinuerit. Verior est eorum sententia, qui mansisse porticum Salomonis arbitrantur. Ioseph. aduersus Apionem 4. porticus numerat. l. 2. [Quatuor porticus habuit in circuitu, ita & harum singulae propriam secundum legem habuere custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus, etiam alienigenis. Mulieres tantummodo menstruatæ transire prohibebantur. In secundam vero porticum cuncti Iudæi ingrediebantur, eorumque coniuges, cum essent ab omni pollutione mundæ. In tertiam masculi Iudæorum, mundi & purificati. In quartam a sacerdotiis stolis induti sacerdotalibus, in aditum soli principes sacerdotum stola propria amicti.]

Salomonis porticum putat Baron. de qua l. 6. c. 6. [Duplices porticus omnes, quas columnæ sustentabant, quinque & vicinis cubitis altæ, de singulis saxis marmore candido, & laquearia cedrina protegebant, quorum naturalis magnificentia, quodque ligno interrasilienter, apteque coherebant, operis precum spectatibus exhibebant. Nulloque aut pictoris, aut sculptoris opere extrinsecus ornabantur. Latæ autem triginta cubitos erant, omnisque gyrus earum, mensura sex stadiorum cum Antonia concludebatur.]

Firmum fuit opus illud, nec dubito quin templum propriè dictum eiusdem firmitatis fuerit; & tamen refectione eguisse satis constat. Quod si muti integri manserunt, tecta tamen cedrina exulta satis constat.

VERSUS 24.

Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam.

QVÆSTIO I.

Cur Christum Iudæi circumdant?

§.1. Desideria & vota quibus ad Messiam aspirēt, palam ostentant, cum ergo in porticu versaretur, ita cingunt, ut euadere nō posset, quin responsū daret, si a Messiam sese profiteretur. iustam sibi causam laeuiendi, vel in perduellē oblatum ita indicabant. Animam nostram tollis, inquit, Syrus **בבב** indicat, desideria differri, suspendi, anima .n. pro voto ac desiderio accipitur. Deut. 24. Iere. 22. Pl. 25. Ezech. 16. Pl. 104. Auide igitur expectare se Messiam simulant, modo palam ac libere id ipse profiteatur, ἐν παρρησίᾳ, Syrus **באפלה** *Galiath*, aperte. Magna erat eo tempore Messiae expectatio, non pietate, sed odio Monarchiæ Romanæ. Alioqui etiam Iudæi suos quotidie spe Messiae consolabantur, & eius desiderium excitate conabantur. Quin ipsum quoque desiderium suum appellabant. Semper enim ab hostibus se adiutorio venturi Messiae protegendos docebantur, in expositione. Cantici Canticorum, c. 4. vbi dicitur: *Mille Clypei pendenti ex ea, vel super eum*. Hunc in modum exponitur: ut dicant omnia sua in Messia desideria acquirere, omnia ab eo expectari.

Cum igitur omnes, & per omnes generationes salutem ab eo expectarent, adeo toti se clypeis muniendos per Messiam considerent, apertam confessionem ab eo poscunt.

VERSUS 25.

Respondit eis Iesus, Loquor vobis: & non creditis: opera quae ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium prohibent de me.

QVÆSTIO I.

Quale sit testimonium operum?

§.1. Non admiranda duntaxat opera facit, sed in nomine patris sui facit, patris potentia, & auctoritate vsus, quæ eadem est etiam filii, atque ut se filium esse demonstrat, Christus autem aduersus omnes calumnias inimicorum, opera sua obicit, quorum nullum malum, omnia vero diuinam in ipso virtutem testabantur. Miracula enim ne cessaria esse doctrinæ probandæ fatetur hoc loco Caluinus pag. 129: [Postea de operibus loquitur, ut duplicis contumaciae illos conuincat: nam præter doctrinam luculentam habebant in miraculis testimonium, nisi Deo fuissent ingrati. Bis ergo repetit: non credere, ut coarguat ipsos sponte surdos esse ad doctrinam, cæcos ad opera, quod signum est extremæ a desperatione malitia.] Agnoscat ergo miracula & necessaria & sufficientia ad doctrinam.

Et Tertull. l. 2. aduersus Marcion. c. 5. Dei præscientiam, & potentiam ex operibus demonstrari docet. Nec immorabor huic articulo, præunte definitione etiam ipsius

ipſius Chriſti. Ex operib. incundæ probationes. Ope-
ra docet, vtrunq; offendere docet, potētiam & boni-
tatem creatoris. Chriſtus etiam: *ſibi non creditis operi-
bus*, inquit, *credite*. At illi nec Chriſto nec operib. cre-
debant, & *πιστεύετε*, alii codices: *ἔμην θέλωτε πιστεύειν*,
non vultis credere. Nos eodem iure in ſectarios vtimur,
fides orthodoxa tam multis, tam magna eſt firmata
miraculis; eorum perſidiā ne vnicum quidem te ſti-
monium accepit, ſi nobis non credunt, operibus
credant. Hoc nos illis, illi nobis dicere non poſ-
ſunt. Nec enim illis credimus, antiqua & Patribus
credita improbantibus, nec operibus credimus, quæ
mira non ſunt, nec magna, ſed admirabiliter mala.
Summam in illis admirationem habent, pertinacia
& cæcitas.

Hæreticis
cur non
credamus?

VERSUS 26 27.

*Sed vos non creditis, quia non eſtis
ex ouibus meis. Oves meæ vocem
meam audiunt, & ego cognoſco eas,
& ſequuntur me.*

QVÆSTIO I.

Quæ oues hoc loco nominentur?

§. 1. **O**ves vocat eos, qui ſequuntur acceptā iam
gratiā, quiq; ad vitam æternam ſunt præde-
ſtinati. Iudæi oblatam etiam primam gratiam repel-
lebant, vt proſus ſe non eſſe ex ouibus demonſtra-
rent. Calui etiam hic virum ſuum ſpargit: *Cum ait eos,*
quos Dominus non reſpicit, auerſos penitus manere neceſſe eſt.
At ſi qui tales ſunt, quos auerſos manere neceſſe eſt,
non ſunt illi liberi, nec peccant in eo quod vitare
non poſſunt: nec enim eſt in eorum poteſtate, vt eos
Deus reſpiciat. Quia vero non reſpicit, neceſſita-
tem imponit, vt auerſi maneat, vt ſentit Caluinus,
Verum Deus bonus, & diues in omnes, gratiam om-
nibus & ſingulis ſufficientem offert, quā liberè con-
temptā manent auerſi homines. Hanc toties præſen-
tem ſenſere Iudæi, & reſpuerunt, hanc recipiendo
oues facti ſunt, quicunq; Chriſtum ſequuntur, & vo-
cem eius audiunt. Itaq; in Deum incredulitatis cau-
ſam reuicere poſſunt ſi verum eſt, quod Pateus contra
Bellarminum diſputat, non poſſe eos credere. Si
enim non poſſunt, quæ eſt iuſtitia, ſi Deus exigit,
quod ſcit eos facere non poſſe, cum ipſe dare nolit,
id quo poſſent? aut quomodo ideo puniuntur vt rei,
cum neceſſitas à Deo alarā cœgerit in tenebris re-
manere, omnem illis lucem denegando? At ſponte
nolunt credere? Verum eſt quidem; ſponte eos nol-
le: ſed non poſſunt niſi nolle. Illud nolle neceſſitas
dura impoſuit, quæ negauit poſſe velle, negauit poſ-
ſe non nolle. Itaq; illud nolle miſeros facit non cri-
minofos. Imo illud ſpontaneum eſt neceſſarium Cal-
uino.

Calui, ne-
ceſſitate pec-
care docet.

Libertas nõ
tollitur re-
probis.

§. 2. Oves Chriſti vocem audiunt, dum miniſtros
ab eo miſſos audiunt, alienos fugiunt, nouatores de-
teſtantur. Audiunt inquam docentes, pauci enim in
tantā ſunt multitudinē, qui legere ſcripturas poſſunt,
qui in linguis primogeniis volumina viderint pau-
ciſſimi.

Parum abſuit, quin hoc ipſo teſtimonio oues à
Chriſto audiendo aduerſarii abduxerint. Nam inde
conſicere conantur: Chriſtianos omnes de doctrinā
poſſe iudicare & debere. Sibrandus: [Qui audiunt
voce Domini, vt eam norunt, alienorum autem vo-
cem neq; audiunt, neq; norunt: item, qui ſequuntur
Domini vocem, alienorum vero vocem non ſequun-

tur, ſed fugiunt, illi poſſunt iudicare de doctrina, imo
iudicant de doctrina.]

Et Lutherus contra regem Angliæ. [De doctrinā
cognoſcere & iudicare pertinet ad omnes, & ſingulos
Chriſtianos, & ita pertinet, vt anathema ſit, qui hoc
ius vno pilo læſerit. Chriſtus enim ipſe hoc ius ſtatuit
in iudicis, & variis ſententiis, Mat. 7. Attendite à falſis
Prophetis, qui veniunt ad vos, in veſtimentis ovium.
Hoc verbū certe dicit ad populū aduerſus doctores:
& mandat eis, vt falſa dogmata eorum vitent. At quo-
modo vitare poſſunt, niſi cognoſcant? quomodo co-
gnoſcere niſi ius habeant iudicandi? Nunc a. non ſo-
lum ius, ſed præceptum iudicandi ſtatuit, vt hæc ſola
authoritas ſatis eſſe queat aduerſus omnium Ponti-
ficum, omnium Patrum, omnium Conciliorum, oīum
Scolarum ſententias; quæ ius iudicandi & decernendi
ſuis Episcopis & miniſtris tribuerunt, & impiè, & ſa-
cilegè populo, id eſt, Eccleſiæ reginæ rapuerunt. Stat
enim Chriſtus dicens: Attendite à falſis Prophetis.
Huic ſubſcribunt ferme omnes omnium Prophe-
tarum ſyllabæ.]

Reſpondent ad hæc tam ſurioſa poſteriores mode-
ratiſ. Nam Hunni⁹ negat eo teſtimonium hoc à ſuis
proferri, vt probet priuatim ſpiritum reuelantem, ſed
vt demonſtrent Chriſtianos non debere contentos
eſſe Carbonaria Pontificiorum ſide. At nihil obſtat
carbonaria fides, qualem nos deſcribimus, non qualē
nobis hoſtes aſſingunt. Iunius Caluiniſ argumen-
tum illud ait eſſe Anabapriſt⁹ cum: *Oves meæ vocem meā
audiunt, non ergo præceptore egent.* Et ſane id conſequitur:
ſi vnusquiq; Chriſtianos iudicare debet de religione.
Reſpondet igitur doctiſ. Greſer. de ſenſione l. 3. c. 1.
T. 1 pag. 1419 [Reſpondeo ad maiorem: voces iudi-
dicare, & iudicare poſſe de doctrina & tale paſtorū
ſaltem generatim: quatenus certo apud ſe ſtatuit, om-
ne illud quod Catholica Eccleſia credendum propo-
nit, veritati conſonum eſſe: & quidquid huic ad-
uerſatur, id pariter veritati repugnare. Ex quo iudi-
cio fit, vt poſtea vocem Chriſti per legitimi paſtoris os
ſonantem ſancit & ac reuerentia audiant: lupus vero au-
res diligenter occultat. Neq; ad hoc, vt paſtoris vo-
cem audiant: & alienum repudiant, neceſſarium eſt
aliud iudicium: quam illud generale: quo quis iudi-
cat nihil eſſe amplectendum, quod Catholica Eccleſia
decretis contrarium ſit: Hoc ipſo enim quod quis hac
perſuaſionē inbutus eſt, nunquam aſſenſum præcipi-
tabit: ſed ſi quæ exiſtat quæſtio ſupra intelligen-
tiam ſuam, ad paſtores Eccleſiæ conſugiet: & quid factū ſit
opus diligenter exquiret. Neq; nos vnquam aut nega-
uimus, aut negamus priuatos, vt ſidem vel acceptent,
vel retineant, iudicio egere: imo egent, ſed non alio,
quam illo generali: quod quis in omni, quam vel am-
plectitur, vel repudiat, elicit: Quis enim Chriſtiana
fidei nomen daret, ſi eam veram eſſe non iudicaret?
Quis in ea perſeueraret, niſi eam vero conformem eſ-
ſe, & ſimili iudicio decernere: ſed aliud eſt hoc gene-
rale & in omni negotio viſitarum & viſurpatum iudi-
cium: aliud iudicium illud publicū ex officio, & cum
auctoritate iudicandi & definiendi de doctrina eius-
que veritate, & ſententiam ſuam iudiciariam inter-
controuerſantes & litigantes interponendi. Quod
ſolum iudicium priuatis abiudicamus: Et Nouatores
hoc & prius illud imperitè confundunt, neque, vt de-
berent, diſcriminant. Hinc in tota illa materia tene-
bræ illæ denſiſſimæ; non niſi diſtinctionis luce diſpel-
lendæ. Ex quibus habet etiam Hunnius reſponſum
ad nugæ & calumnias, quas circa hoc teſtimonium
vberim⁹ fluctuati.

§. 3. Nec modo Catholicis ita reſpondent, verū
etiam ſectariis, ſi à ſcitis olim receptis nolint recedere,
aliter reſpondere non poſſunt. Sola ſcriptura ſe nri
aunt,

Omnes iu-
dices de re-
ligione a-
pud hære-
ticon.

Chriſtus
Dicit.

Qui non
habet car-

aiunt, alia omnia facessere iubet. Ex hac de omni doctrina, & officio per singula se iudicare, assenserunt. Hoc ut præterit, opus singula scripturæ loca intelligere. Deinde credendum est hoc generaliter iudiciū tenendum, si Lutherani sint, biblia Lutherana, esse vera, esse benè verba, Lutherū Hebraicæ, Chaldaæ, Græcæ linguae ita gnarum fuisse, ut non errarit. Idem iudicium Caluini-
 sturū de suā versione sentiendum est. Ante igitur quam lectioni se accingunt: iudicandum est, nō modo illa esse vera Biblia, sed et benè verba, omnia quæ in versione habentur ad vnum vsq; apicè respondere prototypo. Deinde se oīa intellegendum, & rectè iudicandum de interpretatione, & doctrinā, & si fortè minister aberarit, se tamen tanquā ouem Christi, id mox cogniturum, & diiudicaturum. Quod igitur nos de Ecclesiā credimus, tot promissionibus Christi inducti, eam in doctrina tradenda non errare. Hoc illos de Luthero, Zuinglio, Tigurinis, Beza, Junio, Tæmellio, Castellione credere oportet. Hos sc. in versionibus suis non errasse. quā de re tamen, cum nulla sit in sacris literis reuelatio, nulla pmissio, cum omnes etiam illi quos nominavi multorum errorum cogruantur, nō possunt nisi stultissimè credere illa vera esse biblia, quæ acceperunt. Versiones veras, esse, & ex illis iudicare debent.

VERSUS 82. 29.

Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei.

QVÆSTIO I.

Quomodo vitam dat, ut nemo possit de manu rapere?

§. 1. **V**itam æternam se datum promittit, idque certo. Nemo est enim adeo fortis qui possit eos, de manu suā rapere. Quod si aliqui excidunt, suā culpā in mortem ruunt, pastor non deerat bonitas & potentia, quā seruauerunt. Quod si dat vitam æternā Deus, nemo id potest, nisi solus Deus, ut etiam Athanasius notauit. Concludimus etiam eodem loco: esse aliquam gratiam efficacem, qua in vitam æternam infallibiliter aliqui ducuntur, quicunq; eo ducuntur.

§. 2. Caluinus quasi dictum sit singularim: & ego vitam æternam do Caluino, pro stolidā suā præsumptione his vitur verbis, idem facit Pareus de iustificatione. Quasi vero ex eo quod omnibus suis Christus vitam æternam pollicetur, inde consequatur, non posse esse hircum Caluinum, aut Pareum, aut etiam ouillā pelle lupum: & quamuis sibi persuadeant, se oues esse, nec posse de generare, nihil tamen finitatis illa habet opinio. Nam frustra dictum non est: qui st. videat ne cadat. Quemadmodum autem fiunt oues, quæ non erant, ita desinunt esse aliquando, quæ erant. De ouibus loquor, quæ iustitiam amiserunt. Animaduertit hoc Theophylactus, hoc loco, aliq.

Oues autem quæ ex prædestinatione sunt, nunquam non consequuntur finem ad quem sunt destinata. Augustin. tractatu 48. *Quid potest lupus? Quid potest fur & latro? non perdant nisi ad interitum prædestinatos. De illis autem omnibus de quibus dicit Apostolus: Nouit Dominus qui sunt eius: & quos præsciuit, ipsos & prædestinauit: quos autem prædestinauit, ipsos & vocauit: quos autem*

vo. ait, illos iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit: de ouibus istis nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit. Securus est de numero earum qui pro eis nouit quod dedit: & hoc est quod ait: Non rapiet eas quisquam de manu mea.

Verum id quod futurum est certissimè, omnibus non est indicatum, nisi fortè id pastor quibusdam speciali priuilegio voluit patefacere. Hoc tantum beneficium quib. sit destinatum solus in plerisq; euentus edocebit.

Eadem est autem manus patris & filii, ut docet Augustinus loco citato. *Quid est hoc, Nemo rapit de manu mea, & nemo rapit de manu patris mei? Vtrum vn. manus est Patris & filii, an fortè ipse filius manus est patris sui? Si manum intelligimus potestatem, vna est patris & filii potestas, quia vna est diuinitas. Si autem manum intelligamus si: ut dictum est per Prophetam. Et brachium Domini cui reuelatum est? manus patris ipse est filius. Quod non ita dictum est, tanquam Deus habeat humanam formam, & quasi corporis membra, sed quod per ipsum facta sunt omnia. Nam solent & homines dicere manus suas esse alios homines per quos faciunt, quod volunt. Aliquando & ipsum opus hominis, manus hominis dicitur quod fit per manum: sicut dicitur quisque agnoscere manum suam, cum id quod scripsit agnoscat. Cum ergo multis modis etiam hominis dicatur manus, qui propriè manum habet in sui corporis membris: quanto magis non vno modo intelligendum esse eam legitur manus Dei, cui forma corporis nulla est? Ac per hoc melius hoc loco manum Patris & Filii intelligimus potestatem Patris & Filii: ne fortè um hic manum Patris ipsum filium dictum acceperimus, incipiat carnalis cogitatio etiam ipsius Filii querere filium, quem similiter credat Christi manum. Ergo nemo rapit de manu Patris mei: hoc est, nemo rapit mihi.*

§. 3. Quod nonnulli verba illa vsurpant contra sententiam de electione ex præuisis meritis, aut fide præuisa, non satis consideratè faciunt; nam ut de eā non iudicem, certè verba Domini quibus indicat infallibiliter saluari quos elegit, non impedit, quo minus elegerit præuisis eorum operibus, tanquam mediis, per quæ dare vitam constituit: Nec minus certa est electio, si præscientiam illam sequi, quam si præcedere, nostro intelligendi more dicamus.

Ratio quam reddit, cur nemo possit rapere, vel de Christo sua manu vel patris, diuerso modo legitur apud Græcos, & Latinos. In Græco est: *ὅς δὲ δὸν ἔδωκεν, οὐδεὶς τὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἔραπῃ.* Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est. Et Syrus: *אֲנִי בְיַד אֲבִי מִן כָּל הָאֲנָשִׁים* pra omni magnus ipse. Ita ferè legunt Græci. Latini constanter habent, quod dedit mihi manus omnibus est. Syrum etiam sic exponi potest. Nam cum genere neutro careant, pro eo solent vsurpare masculinum. Argumentum vtroq; modo firmum est. Nemo rapere, vel de manu patris, vel Christi potest: quia pater maior est omnibus, & quod Christo dedit pater, ut esset caput omnium in cælo, terra, & inferno, id maius est omnibus.

VERSUS 30.

Ego & Pater vnum sumus.

QVÆSTIO I.

Quomodo Christus & Pater vnum sunt.

§. 1. **A**dmirabili consensu S. Patres illa verba de essentia vnitatis, & pro τὸς ὅμοιος vsurpant. Cum enim dixisset, nec de suā, nec de manu patris posse quemquam eripere, subiungit, suam & patris esse vnā manum, in diuisam potentiam, consubstantialē essentiam. Ac primo aliquorum auctoritatib. rem confirmabo, deinde rationem adferam. Idq; præcipue propter Caluinum, & aliquos ex eo grege Ariantizantes.

Deitate
pater &
filius vnum
sunt.

Iustinus igitur hunc in modum exponit. Aliud vero etiam vobis d' antici ex sacris literis producatur testimonium. Primum ante omnes creaturas, Deum genuisse ex se virtutem quandam rationalem, qua quidem & gloria Domini à Spiritu S. vocatur, nonnunquam autem filius, interdum sapientia, aliquando Angelus, aliquando Deus, aliquando Dominus & verbū. Nouatianus adhuc orthodoxus de Trinit. Quod si nullius hominis vox hac esse possit, Ego & pater vnum sumus, hanc vocem de conscientia diuinitatis solus Christus edicit.

Athanasius pluribus locis Arianis ista verba tantquam mutum opponit. De assumptione hominis l. 3. cum obiiceret hareticus. Quem admodum in vnam equalitatem confisus filii esse cum patre cum ipse de se testimonium perhibeat: Qui me misit, maior me est? ille respondet. Pro dolor, si sic intelligis Deum fuisse, ipse se iam apud te impugnare cogitatur, cum alio in loco dicit. Ego & Pater vnum sumus. Qui ergo si minor erat patri se in ipsa sempiterna natura non d' uerit comparare. Aut quo modo, si dixit, & talis in ipse Deitate non erat, patri, e coequabat dicens: Qui me videt, videt & Patrem meum? Qui vtiq; euidenter si non esset in his vna mensurabilis imago natura veritatu, nunquam prius praesumens indicasset: Qui me videt, videt & Patrem meum.

Et lib. 5. Audi: quoniam quomodo substantiuus est in diuinitate Deus Pater: sic & substantiuus est in eadem natura & substantia & Deus filius, sic & substantiuus est in eadem natura & substantia Deus Spiritus S. Sine hoc tale dictum referas, quem idmodum Deus est Pater, sic Deus est filius, sic Deus est Spiritus S. vides quia substantiuum diuinitatis nomen in his personis dum indicas, deitatis unitatis nomen demonstras. Itaq; duplex est huius mysterii intellectus. Memen o dum vnum nomen eorum in vna substantia constat, & prima nomina in singulis personis distinguuntur. Vel certe per hoc argumentum veritatem intellige: Ego & Pater vnum sumus.

Et disputatione contra Arianos. & orat. 2. contra Arianos diuersis locis. & orat. 3. contra eosdem. orat. 5. etiam rationem addit: Et intelligit Patrem in filio esse. Nam cum species deitatis, patris, essentia sit filii, bene consequitur, ut filius in patre existere dicatur. & pater in filio. Id eog, merito, quem antea dixisset: Ego & Pater vnum sumus: Subiunxit ista, Ego in Patre, & Pater in me, ut identitatem diuinitatis, unitatem essentia demonstraret. Vnum enim sunt, non veluti vnum in duas partes diuisum, ut nihil plus sint quam vnum, aut vnum duobus nominibus geminatum, ut idem nunc Pater, nunc filius sit filius: id enim cum Sabellius sentiret, haresios damnatus est: sed duo sint, eo quod Pater, & Pater sit, non filius: & Filius vicissim si us, & non pater, sed tamen eadem natura.

Et paulo post ex integra deitate dicit, essentiam filii confingere. Contra vnitatem vero quam aliqui fingebant & hodie fingunt Galuiniani esse concordiam voluntatum, disputat idem Athana. orat. 4. Multi enim Martyres existit e & ante Martyres Apostoli, & Propheta, & ante Apostolos & Prophetas, Patriarcha, plurimiq; etiam nunc sunt, qui seruauit precepta Patris misericordes videlicet, qualis est Pater caelestis, & qui hoc ipsum moribus praestant, eitate imitatores Dei, ut filii dilecti, & ambulare in dilectione sicuti Christus dilexit vos: me pauci sum, qui se praebent imitatores Pauli eodem modo, quo ille fuit Christi: quorum nemo tamen neg, verbum, neg, sapientia, neg, vniuersus filius nec imago fuerit. Neq; quam eorum ausus est dicere, Ego & Pater vnum sumus: aut ego in patre & pater in me: sed ab omnib. dicitur, Quis similis tibi inter Deos Domine? aut quis aequabitur Domino inter filios Dei?

Et initio orationis quomodo vnum sint exponit. Et libro, quod spiritus non sit creatura, Patres in Niceno coessentiali, & consubstantiali ob illa verba, & similia dixisse refert. Et de decretis Synodi contra Arianos. Epist. vero ad Africanos offendit Patres Concilii hoc loco vlos esse. Ceterum Episcopi intellecta eorum fraude, collegerunt in vnum has voces ex sacris literis, splendore, fon-

tem, & fluuium, & formam cum substantia. Et illud item, Et in lumine tuo videbimus lumen. Et illud quoq; Ego & Pater vnum sumus, & pro maiori elucidatione scripturae filium patri esse consubstantiali. Nam cum superiora omnia hunc intellectum afferant, atq; ita illorum obmurmuratio, quod haec voces in sacris literis non reperiuntur, vana esse deprehenditur, cum ipsi ex verbis in scriptura sacra non receptis impietatem suam instruant: scriptum siquidem nusquam est, illud eorum ex non entibus, & rursus illud eorum, Erat quado non erat. Sed ipsi interim mire in cussant, quod per voces non in scriptura solennes, sed tamen pie inuentas condemnati sunt: qui ipsi tantquam est corib. exorti vti de terra loquantur. Episcopi contra, non has voces ipsi excogitarunt, sed eas patrib. conestatas acceperunt, & scriptis suis inseruerunt. Siquidem prisci Episcopi ab hinc annu propè 130. tum qui Roma, tum qui in nostra Civitate pontificatum gesserunt, ac uoluerunt eos, qui filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum consubstantiali patri: neq; eius reiignari erat Euseb. Episc. Caesariensis, qui cum prius suff. agatur Arianica secta, postea tamē Nicani Cōc. decreta subscripsit, & apud suos idipsum propriis literis affirmavit, cuius haec verba sunt: Nouimus quosdam ex prisci eruditis & praclaris antistites, alijsq; Scripores, quum de patris & filii deitate loquerentur, voce consubstantialitatis vso esse. Quis igitur Ariminensem synodum allegant, in qua damnati depositi, sunt aut quid accusant Nicenam Concilium, in quo etiam ipsorum Patris subscriperunt, & confessi sunt ex substantia consubstantiali ess. Patri Filium? Aut quid in circulo discurrunt, quum non solum contra eos, qui Nicam conuenerunt, sed contra illos etiam, qui diuini ipsos fuerunt, magnos fil. Episcopos atq; adeo contra suos praeb. a receperunt.

Eadem Epist. disputat ex eodem contra Arianos, & hoc sanè notandum, Patres Nicenos, & eos qui eos praecesserant, ita illa verba accepisse, quasi idem valeret, ac si diceretur filius patri consubstantialis. Imo Eusebium Caesariensem seui verè, seu simulatè conuersum, eodem loco contra suos vsam.

§. 2. Adeo vero certū erat priscis hunc locum de substantia unitate accipiendū: ut illi qui Trinitatem negabant, eo vterentur contra Catholicos. Eodem lib. Nouatianus. Si homo tantūmodo Christus, quid est qd ait, Ego & Pater vnum sumus? Quomodo enim ego & pater vnum sumus, si non & Deus & filius qui dicitur vnum dicitur potest, dum ex ipso est, & dum filius eius est. Et dum ex ipso nascitur, dum ex ipso processisse reperitur, per quod & Deus est. Et postea. N. m. si sine dubitatione dicentur Dei, ad quos verba facta sunt, multo magis hic Deus, qui melior omnibus inuenitur. Deum enim se sic intelligi vult, ut filium & non ipsum Patrem vellet intelligi.

Cum igitur etiam Sabelliani haec re molesti fuerint, nemo tamen orthodoxus, de voluntatum unitate sola respondit. Et c. 22. Sed quia frequenter intendunt illum nobis locum quo dictum sit, ego & Pater vnum sumus, & in hoc illos aequè vincemus, si enim erat ut heretici putant, pater Christus, oportuit dicere, ego & Pater vnum sumus. Vide reliqua.

Athanas. dial. 2. de Trinitate. Patrem & filium vnum, essentiam esse totam incorruptibilem. Et l. quod duae naturae sint in Christo. Et q. 71. ad Antiochū. Et alius quaelib.

Chryso. mod. Quid igitur potestatem Patris nullus rapit, Tu vero forte non es, seu delit ad custodiam. Nequaquā, & ut dicitur illud. Pater qui dedit mihi, propter ipsos dicitur esse. Ne iterū ipsum Deū contrarium dicerent, dicens: qd nemo possit rapere illa de manu meā. Sed nō dixit si: sed de manu Patris mei.

Pergit deinde Chrys. contra obiectionē Arianorū. Quod si nemo ob patris protectionē eas rapuit, superfluum erat addidisse: Ego & Pater vnum sumus. Nam si minor erat, nimis temerarium verbū esset: nihil enim aliud, quam potentia paritate signat: quod tūc intelligentes lapides in eum iecerunt, non tamen hanc testis abhulit sup. cionem: qua si falsa fuisset, corrigenda fuisset. & dicendum: Cur hoc factum? Non patrem meam & Patrem affirmans potestatem ista dixit. Sed nunc totū

contrarium, eam confirmat, & maxime cum exasperarentur: neg. accusat, ac si male dixisset, sed illos reprehendit, ac si male habebat de se opinionem. Cum enim dixissent, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia cum homo tu sis, facis teipsum Deum. Audi quid dicat? Nonne scriptum est in lege nostra: Ego dixi, dii estis? Stillos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, quomodo vos dicitis, quia blasphemus, quia dixi, filius Dei sum? Hoc est, si hi qui gratis hoc acceperunt, non possunt accusari. si seipos Deos appellant: qui id natura habet, quomodo iure accusari poterit? Non tamen his verbis usus est, sed postmodum id confirmat: primum remissus loquitur, rem ipsi relinquens intelligendam, cum inquit: Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum. Et eorum furere sedato, tunc veram affert sententiam. Primum ergo, ut suam acciperent rationem humilioribus vsus est verbis: inde aliorum aggreditur: si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non creditis, operibus credite. Vide quomodo, ut dixi, confirmat quod in nullo sit Pater inferior, sed aequalis in omnibus: cum enim substantiam eius videre non sit, ab operum aequalitate eandem ostendit cum patre & potestatem. Et quid credemus, dic quaso? Quod ego in Patre, & Pater in me est. Nihil ego aliud quam quod Pater, manens filius. Nihil illi aliud quam quod ego, manens Pater: & qui me nouit, nouit Patrem: & qui Pater nouit, nouit & filium. Quid si potentia minor esset, etiam cognitio mentiretur: neg. enim alia per aliam neg. substantiam neg. potentia discipost.

§. 3. Ambrosius eodem modo ut ius prædecefforibus didicerat, pro Christi diuinitate defendenda semper illa verba protulit. Hexameron l. 6. c. 7. Imago Dei virtus est, non infirmitas, imago Dei sapientia est, & imago Dei iustitia est. Sed sapientia diuina est sempiterna iustitia. Imago Dei est solus ille qui dixit: ego & Pater vnus sumus. Ita habens similitudinem Patris, ut diuinitatis & plenitudinis habeat unitatem. Vbi dicit: Faciamus, quomodo in equalitate? Cum iterum dicit ad similitudinem nostram, ubi est dissimilitudo? Sic & in Euangelio ubi dicit: Ego & Pater, trius, non vna persona est. Vbi autem ait, vnus sumus, nulla est dissimilitudo diuinitatis aut operis. Non igitur in vtroque, vna persona est, sed vna substantia est, & bene ad didit. Sumus: quia semper esse diuinus est, ut coæternum credas, quem putabas dissimilem esse.

Ne vero longior sim vide in editione Parisiensi anni 1603, Tom. 1. 9. 4. & 512 Tom. 2. 661. & 809, Tom. 3. 63, Tom. 4. 94. & 114. & 196. & 206. & 268. & 269. & 277. & 280. & 297.

August. eisdem armis contra Arianos de pugnat. l. 2. de Trin. c. 5. & l. 4. c. 9. & l. 5. c. 3. & l. 6. c. 2. & l. 8. 99. q. 69. Verba eius omitto, tum quod passim habeantur, tum quod in tractatione ferè Athanasium, & Ambrosium sequitur.

§. 4. Nec mirum est Iudæos intellexisse, quomodo se Christus idem cum Patre diceret, nepe ὁμοῦστος, consubstantialem Sapientiam. n. Dei appellabant, & verbum Dei, ipsum Deum Messiam. Et Esaias c. 48. Manum Dei nominat, quod Chaldaeus interpres verbum Dei dicit. Sic etiam est in lib. ציורא ארספרא ציורא ארספרא, id est, pudoris & occultationis. Quin illa. 45. Hof. lla. 41. & 44. & Hof. 9. ubi in Hebræo ponitur Deus, nomen tetragrammaton, in Chaldaea Paraphrasi valde vsitata Iudæis, dicitur Dei, ita R. Ionathas vertit, & verbum Dei Messiam vocare solent. Sic Pl. 110. Dixit Deus verbe suo sede à dext: is meis. Et quamuis ipsi non widerint, ex senum tamen sententia ille vertit. Nam veteribus illam interpretationem tribuant. Sic habet liber קבריים Kiburim, collectionum. [Hoc patet ex eo quod dixerunt in expositione Plal. morum, super illud Plalmi. Et dabis mihi futurum saluationem tuam, & dextera tua perforabitur, & fultiet me. Dixit Rabbi Iodan. in nomine Rabbi Haman. In tempore futuro Deus sanctus, & benedictus federe

faciet regem Messiam ad dexteram suam. Sicut dicitur est Plal. 100. quod Ben Vziel vertit. Dixit Deus verbo suo, sede à dextris meis.]

Eodem modo ista ex vetustioribus probauit R. Ishac Arama, in cap. 47 Gen. in illa verba, mittet verbum suum, & sanabit eos. Et consentit R. Samuel Leuita.

Intelligebant ergo Christum se Deum, & idem Dei vocare. Sic illud exponebant. Sic Plal. 2. interpretati sunt: osulamini filium. Et quidem R. Salomon. Magistri nostri, inquit, hanc Psalmum de Messia exposuerunt. Testatur idem R. Abraham Auenezra. Itaque cum Christus dixit, se idem esse & Patrem. Et se filium, expressè & disertè respondit, etiam secundum Iudæorum sententiam, se Messiam esse, se Deum esse, filium Dei, de Deo. Hinc mirum non est Ionathan l. 28. In die illa erit Deus exercituum, ad diadema gaudij, &c. ubi ille quod in Hebræo est יהוה expressè vertit משיחא Messicho, Messias. Itaque receptissima erat apud doctos Iudæorum sententia Messiam esse Iehouam, quod soli Deo tribuitur, præsertim hoc loco ubi dicitur Deus exercituum. Hæc etiam P. Sellus c. 3. de differentibus questionibus expoit.

Sancta Catholica Ecclesia, in Domino nostro Iesu Christo vniam hypostasin prædicat, duas vero naturas, Hypostasin incarnatum filium: naturas vero diuinitatem & humanitatem. Corpus igitur animatum, & intellectuale, quod assumptum non vocat hypostasin, ne inueniantur due hypostases. ὁ παρ' εὐδ' ἀδ' ἀρεῖ Nestorius hæreticus Nominat vero εὐνοῦστος, ut qui hypostasi filii, esse acceperit: ipse enim filius Dei, vna existit in hypostasi sanctæ Trinitatis factus est corpori, quod assumptum, hypostasi, ita ut corpus quidem Domini sit in hypostasi, non tamen ipsum sit hypostasis.

§. 5. Nomen Dei יהוה quod est quatuor literarum Hebræi exponebant, per verba Trinitatem significãtia. nempe אב בן ורוח הקדש ab, ben, venach, hadadusch, Pater, filius, & spiritus sanctus. & hoc quali vnium Dei nomen duodecim literarum appellabant: nec fuit hoc nouitium inuentum, sed ante Christi tempora vsitatum. Nam Rabbenus qui dictus est Haccados. Nomen Dei דודאקא יעדמאטון, duodecim literarum, per aliud nomen quadraginta duarum literarum explicandum tradidit. Hunc in modum אב אלהים בן אלהים קדש אלהים שלשה באהר אור בשלשה. Pater Deus, Filius Deus, Sanctus (subaudi Spiritus) Deus, tres in vno, vnus in trib. Alii: Pater Deus Filius Deus, spiritus Deus, sed tamen non tres dii, sed vnus Deus. Hæc ante Christum nota erant, & edita est etiam Chaldaea paraphrasis R. Ionathan, ut satis constet, cur & Christus dixerit ista, & quomodo Iudæi acceperint. Quin de Messia non aliter quam de Deo loquebantur. Notum erat inter eos ex doctoribus, vetustis, nomen Messia: exponi etiam quadraginta duabus literis. באשר חנפח המשלח והבשר ארם באהר כנחאל והארם משיח אתך.

Sic anima intellectualis, & caro vnus est homo, vnus Deus & homo vnus est Messias.

§. 6. Ne vero quispiam existimet liberam esse hæc expositionem posse etiam de solo consensu intelligi: audiendum est Concilium Sardicense, quo altera damnatur expositio. Ita habet apud Theodoretum l. 2. c. 8. historia. Eccl. Confitemur vniam esse Patris, & Filii diuinitatem. Neg. tamen quisquam est, qui neget, Patrem Filio maiorem, non quod aliam habeat essentiam, aut quod ab eo disseat, sed quia ipsum nomen Patrius maius, quam Filii. Et ideo deprauata est, & execrabilis Arianorum interpretatio, qui contendunt (euatorem ideo dixisse: Ego & Pater vnus sumus, quod sit inter eos consensus & concordia: Nos credimus & assuimus & intelligimus, sacram illam Saluatoris sententiam, quæ ita habet: Ego & Pater vnus sumus, de æternitate & essentia, quæ est vna eademque, in Patre & Fi-

Trinitas apud Iudæos nota.

de unitate substantiæ disputat, sed de consensu quem cum patre habet: quicquid sc. geritur à Christo, patris virtute confirmatum iri.]

Quid homini improbo consilii fuerit, non est difficile coniectare. Nouos Arianos adiutare, fouere Samofatenianos, ita & in disputatione ad eius tribunal appellarunt. Dolēt hoc cæteri, & Iunius, nollet factū. Quin & Beza stat contra magistrum, & unitatē patris & filii definit naturæ & essentia ratiōnisi, idēnitatē. Muscul. tamen Caluini impietatem secutus est. [Nihil, inquit, in hac causa ago, nihil possum, nihil præsto, nihil ipse sum, quod non acceperim à patre meo, illius sunt omnia mea, & quæ ille vicissim habet & facit, mea sunt, & per me facit. Agimus res easdem nec diuisi sumus. Cæterum Christus hic non de unitate substantiæ disputat, sed de consensu quem habet cum patre. Quod sc. geritur à Christo patris virtute confirmatum iri. Quanquam veteres hunc locum ad diuinitatem Christi substantiam aduersus hæreticos referebant.] Hæc ille ex Caluino, & Erasmo exultantibus Arianis.

Lutherani eisdem verbis non modo unitatem essentia probati existimant, sed etiam nonnulli eorum probant, Spiritum S. à filio procedere, quod nullo modo fieri posset, nisi de essentia sermo esset. Ita ad Patriarchæ 2. responsum 272.

[Primum argumentum Latinorum eā forma & modo quo positum est à nobis non probamus. Attamen ex minoris probatione (quæ est loā. c. 10. Ego & pater vnum sumus) nos euidenter concludimus, Spiritum S. ex utroq; procedere, idq; hac ratione. Pater prima persona Trinitatis est, quia principium, fons, & origo reliquarum: filius secunda, quia, origine non tempore posterior patre, & Spiritu S. Spiritus S. tertia persona, quia utroq; originis ratione posterior. Hoc si non detur: ordo inter filium, & Spiritum S. ratione originis nullus erit, nec ratio constabit, cur filius vel spiritus, secunda, vel tertia persona Trinitatis ponatur.]

§. 11. Marguinius obiicit. Pater & filius vnum sunt, si vnum in ratione spirandi, seu vnum spirationis principium, ergo & Spiritus S. est spirator. Nam ex Dionysio constat, nihil commune esse patri & filio, quod non sit etiam Spiritui S. commune. Verum ille de essentialibus loquitur, non autem notionalibus. Spirandi vero facultas est notionalis. Marguinius imperite confundit, personale & notionalis: cum non omne notionalis sit persona e.

§. 12. Obiiciunt etiam Ariani apud Athanasium oration. 4. Eunomius apud Basilium l. 7. Seruetus l. 1. de Trinit. Franciscus David ex Act. 2. diei disputationis Albanensis; ministri Transyluaniæ ex Caluino, & Caluianis. Vnum se & patrem esse dicit consensu voluntatis, nam Ioan. 17. ita loquitur. *Ut sint vnum, sic ut & nos vnum sumus.* At nos vnum essentia non sumus, sed concordia. Obiecerat id falsè Athanasio in Nicenâ Synodo Arius.

Respondet Athanasius: Eo modo Angelos & sanctos esse Deo concordēs, nullum tamen autum hæc tenus dicere, *se vnum esse cum Deo.* At ego & Deus vnum sumus. Sermon 4. Quin & Christus, ex operibus cognoscite, quia ego in patre, & pater in me est. Est vnum in illo, non de solo consensu, sed essentia dicitur. Quin Christi verborum suorum verus interpretes, cum dixisset, se & patrem vnum, *Quia dixi,* inquit, *filius Dei sum.* Idem ergo esse, est filium Dei esse, non eo modo, quo sancti vocantur filii Dei, sed naturalem esse filium eadem potentia præditum. Ita Hilari. l. 7. de Trinit. Et Basil. l. 1. contra Eunomium. *Ego & pater vnum sumus,* planè vnum pro æquali, & eodem secundum potentiam accipiens. Ex quibus constat non modo patres, & concilia unitatem docuisse essentia, sed etiam

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

iam credidisse hæc verba sic accipienda, & alteram interpretationem, vt deprauatam damnasse.

VERSUS 31. 32.

Sustulerunt lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus, multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?

QUESTIO I.

Cur Iudæi lapidare voluerunt Dominum?

§. 1. **L**apides sustulerunt, & roganti Domino, ob quod bonum opus lapidare ipsum velint? Respondent. *Non ob bonum opus, sed quod homo cum sic, faciat seipsum Deum.* V. 12. Aliqua exemplaria habent: *ἐργον, alia ἐργων.* Ostendere est, non modo facere, sed etiam palam facere, vt negare diuinam in Christo virtutem sese exerentem non possent. Itaque faciunt quod omnes solent improbi; vt quamuis inique seuiant, non tamen id faciant absque prætextu. Iudæorum impietatem iam destructam esse docet Athanas. orat. 5. contra Arianos.

Seuendi prætextum quarunt.

Et Epistola ad Adelphium contra Arianos, contra gentes, & Arianos inacta impietate blasphemantes: nos hominem seu creaturam in Christo adorare, disputat. Nam circumeuntes *ἄλλοις ἀπαισις* simplices, deuorabant. *Non enim, inquit, creaturam adoramus, absque.* In Ethniosis & Arianos istiusmodi delirium comperit: sed Dominum verum creaturam, incarnatum Verbum Dei adoramus. Nam tamen si caro ipsa per se pars sit rerum creaturarum, attamen Dei corpus essetia est, neg. istiusmodi corpus seorsum discriminatum à Verbo adoratione prosequimur, nec Verbum adoraturum verbum à carne longè seponimus, sed cum sciamus, vt dictum est, verbum carnem esse factum, illud iam in carne situm Deum agnoscamus. Quis igitur tam recors est, vt Domino ita loquatur, *Absiste à corpore, vt te adorem? aut quis ita impius est, vt cum Iudæis propter corpus dicat ei, Cur tu cum hominis, Deum te facis?*

Non adoramus creaturam.

VERSUS 33. 34.

Responderunt ei Iudæi, de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis Iesus, nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, dii estis?

QUESTIO I.

Quomodo se Christus defendit?

§. 1. **A**rgumentum Christi eiusmodi est. Si illi ad quos sermo Dei factus est, dii in scriptura appellantur, cur non potius, ego quem pater sanctificauit, & misit in mundum, qui sum Dei filius, me, id quod tum nominabo? Non est blasphemia quod me Dei filium appellem. Si mihi non creditis, operibus credite. ideo enim illa facio vt me Dei filium esse credatis? Non ergo se Deum negat, sed Dei filium aperte pronunciat, non eo modo, quo Prophetæ & sancti magistratus, ad quos verbum factum est: sed quod à Deo missus sit, & sanctificatus, ordinatus. Sanctificatus, variè dicitur, multi interpretantur à patre pro-

Sanctificatio.

Mm 2

dere,

dere, sed rectius de missione ad salutem hominum accipitur. Est autem sanctificare sanctum agnoscere, predicare, colere. Matth. 6. nomen sanctificatur. Ita Ezech. 36. *cum sanctificatus fuero in eis.* Leuitic. 10. Num. 20.

Sanctificatio est etiam separatio, ad opus aliquod ordinatio, abito, Ioan. 17. dicit: *Ego me sanctifico pro ipsis.* Est & iustificatio infusa scilicet iustitia vt Ioan. 17. *Sanctifica eos in veritate.* Sic Ezech. 20. & Heb. 9. Hęc sanctificatio etiam nostram cooperationem requirit, 2. Cor. 7. *Vbi nostram sanctificationem pers. et iubemur.* Et Rom. 6. His modis Christus sanctificatus & missus ad exitum munus redimendi generis humani. Præcipue sanctificatus secundum humanam naturam, quę ad diuinam hypostasin est assumpta. Verę itaq; te Deum esse dixit; nam & homo ille Deus est, & Deus homo.

Papa quomodo deus.

§. 2. Iam igitur friuolum apparet, quod crebro obiicere Catholicis solent hæretici. Papam interdum Deum appellari, ipse quidem Christi se Vicarium, & seruum seruorum Dei appellat, nec probat sibi datum Dei nomen, nec tamen alio in eum sensu confertur, quam quo Psalmo 81. dicitur Prophetę, doctores, iudices, dii. Et Moses Deus Pharaonis, ex Dei aliqua in ipsos iurisdictione collata. Cur enim, cui dedit clauces regni cęlorum, non etiam more aliorum iudicum Deus æquiuocę vocari possit? Verum vt dixi, illum ipse titulum non admittit.

QVÆSTIO II.

Quā in lege scriptum sit?

§. 1. Legem interdum solum pentateuchum, interdum totam scripturam veteres appellant. Ita, supra cap. 7. Maledictum dicitur vulgus, quod legem ignoret. Et Ioan. 7. 12. *Audiuimus ex lege, hoc est, scripturā.* Et Ioan. 15. *In lege eorum scriptum est, oderunt me gratis.* Sic 1. Cor. 14. Ex quo refellitur error Ianii Calvinistę imperiti, qui idcirco, quod Iosephus, & alii dicunt legem a Septuaginta interpretibus in gręcam linguam esse translata, ad solum pentateuchum refert. Qui a Wittakero etiam hæreticisq; non solum Catholicis iure merito irridetur.

§. 2. Quia verō scripturam Christus pronunciat solui non posse. Pareus lib. 4. c. 4. de gratiā, & libero arbitrio, Patrum interpretationes reicit; Bellarminum enim calumniatur, quod vetet proprio spiritu scripturas interpretari, sed iuxta communem sanctorum Patrum expositionem, occurrit ille. [Vnde verō Bellarmine habes regulam, quam nobis tradis? fuitne illa perpetua etiam ante Patres. Vnde Patres eam acceperunt: Quid si esset plumbea: Scripturę sacre nusquam ad Patres nos remittunt, sed ad legem & testimonium: ad Mosen & Prophetas: ad scripturas ipsas quę solui non possunt. Patres ipsi ad se nos non alligant, sed ad diuinas scripturas pergere iubent. Adiungit Patres sæpę dissentire, Catholicos nolle ad eam regulam astringi.]

Respond. Stultam esse quæstionem: Vnde sit illa regula? Vnde nisi ab ipsa scripturā? Nonne Scribas & Phariseos audire Dominus iubet. Quis olim scripturas legere poterat, nisi doctus a magistro? Itaq; audire doctores Ecclesię, ite per vias antiquas, accipere ad Pontifice summo legem, & sensum legis videbantur Israhelitę. Vnde verō hanc habet regulam Bellarminus? Certę non est ipse eius conditor. Aug. 1. 1. de morib. Ecclesię, c. 1. eandem nobis regulam tradit. Et 1. 2. c. 29. de nuptiis & concupiscentia, Pareana superbię anteambulones docer esse Manichęos, qui contemnebant Patres, & Pelagianos qui eadem ra-

tione Catholicis insaltabant. Et 1. 1. c. 1. contra Iulian. Pelagian. Et deinde eod. lib. De reliquis sane non habet quod dicas. Nunquid Irenęus, Cypria. Reticius, Olymp. Hilar. Gregor. Basil. Ambros. & Ioan. de serice Sellabariorum. Et 1. 1. c. 2. Quod credunt, credo: Quod tenent sericeo: quod doctores, doctores: quod predicant, predico: Istis cede & mihi cedes. Acquisce istis, & quiescis a me. Postremo si mihi per eos amicus fieri non vis, saltem peto, ne per me efficiaris illorum inimicus. Hęc Pareo non Bellarminus, sed Augustin.

§. 3. At sanę constat ad læras literas rectę intelligendas opus esse doctore: illum, quem se sequemur, nisi veteres & doctos & sanctos? Aug. de morib. Eccl. 1. 1. c. 1. *Quis enim mediocriter sanus non facit intelligat, scripturarum expositionem ab his petendam esse, qui earum doctores se esse profitentur: serig. posse, imo id semper accidere: vt multa, in doctis videantur absurda, quę cum a doctioribus exponuntur, eo laudanda videantur elatius, quo abiecius asserenda videbantur. Et eo accipiuntur aperta dulcius, quo clausa difficiliter aperiebantur.*

At est regula plumbea, inquit. Non est vetus illa regula, quam a Christi & Apostolicis temporibus, nec hæreticorum artes, nec violentia tyrannorum inflexit, quę ipsa vetustate magis roboratur: illa quę Pareus vitur, iam multis modis in contrarium & reflexa & deflexa. Quisq; enim suo priuato spiritus instinctu scripturam in sua sensa flectit, vt nulla iam sit heresis tam absurda, quę non flexuosis errorum labyrinthis regulam illam accommodet. Iulianus audacter patres appellabat multitudinem cęcorum. August. 1. 2. Et addit.

§. 4. *Scripturā nusquam ad Patres remisit, sed legem, ad Mosen.* Respondeo. Ad legem & Mosen non a quolibet, sed a prædib. Ecclesię accipiendum. Deinde ad legem & Mosen, ex spiritu Dei, Ecclesię interprete intelligendum. Patrum, conciliorum, & Ecclesię consensus ad sensum scripturę verum non modo alligat, sed etiam damnat refractarios. Nec de illis sententias agimus, quę vel ad fidem necessaria non sunt, vel vbi aliqui Patrum ad Ecclesiā, non pertinaciter, sed re non dum exploratā recesserunt.

Quærit etiam fueritne illa perpetua: etiam ante Patres? Respondeo perpetuam fuisse non autem ante patres. Perpetuam non æternā, sed quę cum scriptura cepit, Patres autem quibus data est Scriptura, ante scripturam fuerunt, Moses a Deo scripturam accepit, & interpretatus est legem Dei sui, inde Patres Israelitarum consecuti, & nati natorum, & qui nascuntur ab illis. Apostoli nouam scripturam dederunt, veterem exposuerunt, ab illis viri Apostolici, verbo multi, scriptis pauci continua serie reliquerunt, vsque Ecclesię vsq; ad nostra tempora, quibus hæretici multi, sed inter se dissentientes fidem detrahere, sunt conati. Quid de conciliis generalibus Ecclesię nonne illis potius quam paucis apostatis adherendum est? Nos enim de totius Ecclesię sententia agimus. Aug. 1. 2. c. 1. de baptismo contra Donatistas. *Quod per vniuersa Ecclesię statuta firmatum est, vel vnius Episcopi auctoritatis, vel vnius prouincie Concilio præferendum est.*

Et 1. 3. contra Maximin. & Ep. 152. *Hic tanta diligentia etiam illo d. est additum, vt & nos, & ipsi, quem admodum ipse Iudex, verbis nostris subscriberemus, ne quisquam diceret in illis gestis aliquid vel postea fuisse corruptum. Cum enim adhuc viuentibus illis qui subscriperunt, innotuerint eadem gesta omnibus locis, in quibus oportet, vt innotescant, sic etiam ad posteros confirmata veritas perdurabit. Nolite ergo esse ingrati & ante misericordiam Dei, quę per ipsam diligentiā vobis ministrata est. Nulla exculatio iam remansit, nimirum durā, nimirum diabolica sunt hominum corda, quę adhuc tanta manifestationi veritatis obfistunt.*

VER.

VERSUS 37.38. & seq.

Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite: ut cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre, &c.

QVÆSTIO I.

Quomodo doctrinam suam Christus tuetur?

§.1. **M**iracula iterum proponit. Dico me filium Dei, dico me in patre, & patrem in me esse: hoc operibus confirmo. Non postulo ut mihi credatis, nisi opera facio, quibus nisi peruicaces & cæci estis, credere debetis. Opera patris sunt, opera Dei, ego illa facio, ut me probem Deum. Non sine id Deus æterna veritas, ut falsitas tanto testimonio persuadatur. Æqualitas operum, inquit Chrysofomus, æqualem probat potestatem. Itaque hic non est audiendus pro Arianis pugnans Caluinus: Nihil, inquit ago nisi auspiciis patris: hoc non probat Deum esse, sed potius hominem tantum; Christus hic se Deum esse contestatur. Hoc est enim quod ait, & vult se esse, seu ut alii, & τὸς ἀρτὶ, in patre. Ita Athanasius de duob. in Christo naturis. Et de incarnatione verbi.

Et quia semel homo factus erat, necesse erat ista omnia de eo dici, ut re vera verum corpus non specie tenus habuisse videretur. Caterum ut ex istis deprehendatur corporaliter adesse: ita ex operibus que faciebat per corpus, Dei filium se manifestabat. Vnde ad incredulos Iudæos clamabat dicens: si non facio opera patris mei ne creditis: si vero illa facio, etiam si mihi non credatis, operibus credite, ut cognoscatis & credere possitis, & me in patre esse, & patrem in me. Ut enim (quatenus inuisibilis est) ex operibus mundi deprehenditur: ita quoque homo factus, h. mo factus in corpore latens, minime conspicuus sit, tamen ex operibus cognosceretur, eum qui tali operatur, non hominem sed Dei potentiam & rationem esse. Nam in parare etiam ipsi demonibus, eosque extrudere, non opus humanum fuerit, sed diuinum.

§.2. Ex eo autem quod in patre est filius. Athanasius diuinitatem eius asserit orat. 4. contra Arianos. Et hoc est quod ait, Qui cum in forma Dei esset: Nec non & illud, Pater in me. Non autem ex patre aliqua forma Deitatis conficitur, sed ex integra Deitate patris, essentia filii consurgit, & solidus Deus: id est, cum par esset Deo, non rapina arbitratus esse se æquale Deo. A. è diuerso, quonia filii Deitas & species, nullius alterius est quam patris inde est illud, quod dixit, Ego in Patre. Ita Deus fuit in Christo mundum sibi reconcilians: nam propria substantia patris filius est, in quo creatura Deo reconciliabatur: ita sit, ut que operatur filius, opera sint patris: quippe cum species deitatis paternæ, qua auctor fuit talium operum, filius existat: ita quoque, qui vidit Filium, vidit Patrem: In paternam siquidem Deitate subsistit, & conspicitur filius: & eius paternam species ostendit in ipso ipse Patrem. Atque

ad istum modum existit pater in filio, & patris in filio proprietates & diuinitas ostendit filium existere in patre, & se per inuisibilem ab eo esse.

§.3. Fuere olim qui vnum Deum ex filio & patre compositum esse fingerent apud Athanasium oratione contra Sabellii gregales. Sed tu mihi hi obicitis, esto sit vnus Deus, sed ex duabus partibus in quas soliditas Deitatis diffusa est, neuterque sit integer, sed compositus. Caterum ad hanc impietatem operapretium est aures ocludere & abluere animam: Nam qui talia blaterant nec patrem cum filio idem esse cogitant, neque integrum quiddam cum singulis constituunt. Atque, inquit, dictum est, quoniam ego in Patre, & Pater in me est: Rectè: sed non est Pater & Verbum cogitabile in corde filii, neque filius cogitabile Verbum in corde Patris, sed verbum viuum ex viuo patre Deo, æterna procreatione editum, absque principio cum patre coexistens, a quo vnquam solum Patrem fuisse intelligendum sit, eo quod Trinitas semper fuerit Trinitas, & sit, neque aucturiam Deitatis accipiat, neque quasi filius qui ante cum patre non fuit, postmodum fuerit: ac cum iam existerat, aliquid incrementi addiderit aut Filio spiritus super accreuerit. Quia enim ab aliquo principio ortus traxerunt, creati sunt, & mancipia, & cum Trinitate nequam numerantur.

Ita vndiq; Satanas ad impugnandam Christi diuinitatem, aut alia absurda inducenda intentus instabiles animos concitat.

§.4. Quemadmodum autem Christi miracula firma erant doctrinæ contra perfidiam Iudæorum testimonia. Ita in Ecclesiâ Christianâ martyrum, & sanctorum miracula, tam gentes, quam hæreticos impietatis arguunt. Est de hisce Nazian. præclatum testimonium. Orat. 3. contra Iulianum. Non vidimus pro Christo casas veritus esse nec magnos pugiles extimuisse Iohannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, Andream, eos qui & post illos, & ante illos pro veritate se periculis obiecerunt qui cum igni, & ferro, & belluis, & tyrannis, & presentibus malis, & denuntiatis alio animo, velut in alienis corporibus, imò quasi corporum experes, dimicauerunt (cur ne pietatem vel verbotenus proderent) Quibus præclari honores, & festa constituta sunt: a quibus demones propelluntur, & morbi curantur: quorum apparitiones & prædictiones quorum vel sola corpora idem possum quod anima sancta siue tangantur siue honorentur: quorum vel sola sanguinis gutta, atque exigua passionis signa idem possunt, quod corpora.

Et Elias Cretensis Nazianzeni exegetes. Quibus de causis & magnificis honoribus afficiuntur, & publica festa in eorum honorem celebrantur. Qui demones eieciunt omnique generis morbi medentur, ac corporibus soluti, quibusdam tanquam adhuc in corporibus versantes, apparent, ac multa: ipsi ad eorum custodiam & præsidium futura prædicunt. Quorum sola etiam corpora disunctis animis tot ac tanta operantur, quot & quanta anima. Nam illi qui pie ipsa contingunt, aut etiam honore prosequuntur, vberissima beneficia, & sanitates profundunt. Quid autem corpora diuina: pauca sanguinis gutta & pili, & exigui panni, Martyrum cruore sanctificati, parum corporibus vim ac facultatem habent. Quoniam igitur modo hos non verius es: Quoniam modo non pertimuisse sic nimirum huius loci sententia plena & absoluta est.

CAPVT XI.

RAT autem quidam languens Lazarus à Bethania, de Castello Adaria, & Martha sororis eius. 2. (Maria autem erat, que unxit Dominum unguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) 3. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur. 4. Audiens autem Iesus dixit eis: Infirmas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. 5. Diligebat autem Iesus Mariam, & sororem eius Mariam, & Adami Conzen in Euang. Tom. I. I.